Rarissima ediz. originale
di grande importanza per la
storia delle Feste Romane

(16) ff. 169 + (1) ff.

Titre ac bel encadrement

4 bois pour la préface, f° 2

17 s. b. pour chaque lettre, rep.

Les sc. [illegible]

Belle marque sur 169 du der. f.

[illegible]

[illegible]

AMBROSII NOVIDII FRACCI FE rentinatis Sacrorum Faſtorum Libri XII. cum romanis conſuetudinibus per totum annũ, ſuiſq; cauſis, ac ſtellis, et numinũ noſtrorum introductionibus.

ADHIBITIS XII. MENSIBVS XII. Apoſt. tutelis, rebus geſtis, necnõ figuris, ac fabulis ad rẽ facientibus, à ſuis tenebris ad lucẽ, id eſt Chriſtum, reductis, opus ſane ſic poſt natalẽ domini à nullo antea ſcriptum aut editum.

Cum Priuilegio ad decennium.

RELIGIOSISSIMI FRATRIS BARTHOlomei Spina Piſani, Sacræ Theologiæ profeſſoris, ac ſacri Palatij apoſtolici Magiſtri cum Patris ac Pontificis Vic. Ph. Subſcriptione ad hoc, opus imprimendum, promptiſſima authoritas.

AMBROSII Nouidij Fracci Ferentinatis Poetæ Clariſſimi Duodecim de Faſtis libros adhuc vſq; ſine cauſis exiſtentes, atq; ſuo officio pererrantes, eo cenſemus egregia laude dignos. Quod author ſuo ſacro labore, ac graui poemate, obtinuit, poetarum antiquorum figmenta, vanum ac Idolatrarum cultum, inutilemq; immo dãnabilem, et execrabilem religionem, perſuadere, non ab re, velut imaginem diuina diſpoſitione permiſſam. Quo facilius (vt aſſueta) homines, per ſingula quæ ſolẽni ritu Chriſtum mundi Saluatorem in Sacroſancta Ecleſia efferunt, ad verum dei, diuorumq; cultum deducerentur. Et ideo vt hoc inſigne opus debito donetur honore, ſimulq; author gloriam apud chriſticolas ex ſuo ſapienti ſtudio perennem aſſequatur, & a principibus, qui muneribus ſapientiam fouent, ſapienteſq; ipſos ſua dignos gratia, quo merito clariores euadant, ſuſcipiunt. In numero ſuorum deditiſſimorum aſſumatur, licentiam præſentibus impartiendã, qua typis cudatur, & vniuerſorum oculis, opus merito commendandum, offeratur, animo duximus & voto promptiſſimo.

Magiſter. S. Pal. Ideo cenſeo Ph. Vic.

PAVLO TERTIO PONT. OPT. MAXIMO.

Ambroſius Nouidius Fraccus Ferentinas.

S. P. D.

CVM *ſuperioribus annis Paule beatiſſime, cultum illum deorum apud priſcos etiam à ſuis hominibus ea tempeſtate dánatum, cum fabuloſus eſſet, vanis quibuſdam ſolẽnitatibus, curiſq; ſane tunc inutilibus celebratum mecum cogitaſſem, & ab Ouidio cum ingenio tum doctriná poeta præſtantiſſimo, de illo ritus quoſdam populares faſtis donatos viderem. Putaui maximo quidem & pudori & damno hominibus noſtri temporis eſſe, ſi ſimilibus carerent. Cum nec deorum cultu, nec rebus geſtis, veteribus cedamus. Itaq; rem intactam arbitratus, gratáq; ac iucundam antiquis, multo gratiorem atq; iucundiorem vel veritatis luce, vel honeſtiore erga deum obſeruantia noſtris fore exiſtimans, ſtatim in animo habui, & ſi nihil nũc non cultũ nihil nõ maiori diligentia elaboratũ, ſingulariq;, diſciplina atq; ingenio, dignum fides noſtra, cultuſq; diuinus, deſideret, ſimilia noſtri temporis, quæ Ouidius ſui, cum quibuſdam vana, atq; ſuperflua viderentur, eodem carminis genere ſuis rationibus ordiri atq; contexere. Perſeueranſq;, cum ſub Leone, Adriano & Clemente de his ſacros faſtos, ſæpe tamen ſuſceptos, ſæpeq; vi miſerorum temporum, calamitatumq; concurſu, deſtitutos ſcribere cœpiſſem, & deinde, ſic vt miſeriarum oneribus premebar, ſub te tandem ſummam manum impoſuerim, quando ita mihi poſt eos feliciter occurris, ne in tanta rerum tuarum ac temporum felicitate mihi, ac meis ſcriptis, deeſſe viderer, illos tibi dedicare conſtitui, non vt nomen tuum monumentis illuſtrarem meis, ſed vt nomine tuo laus mea, poſteritatis commemoratione, ſuperorum noſtrorum voluntate, celebraretur, ſane cum diuina illa, atq; æterna rerum ſerie ita factum ſit, vt tu vnus poſt tot, cui conſecrarentur, repertus ſis. Puto ſic vt inter tua cœleſtia lilia quibus hæc noſtra ætas floret, conquieſcerent, tuaq; iuuenilia ſydera, quorum ſplendore iam miſeriarum nobis tenebras expuliſti, ſequerentur, teq; potiſſimum luſtrati adorarent. Qui tot præſtanti ingenio viros, vt tibi & adeſſent & te circumſtarent, atq; vt his a te auctus Senatus, de te palam gloriaretur ſummis dignitatibus exornaſti. Quiq; adeo in hoc ampliſſimo ſacerdotio conſtitutus, cuius magnitudine naturam non mutaſti, rerum ſuperiorum recte curam habes, adeoq; pietatis tuæ exemplo prudenter orbem, cuius caput es, moderaris, vt non ſolum deos atq; homines, ad te amandum, ſed etiam elementa traxeris. Ignis enim ſine quo non ſit (vt philoſophari, hiſq; perſonam imponere liceat) ſua te cœleſti Iride, veluti totius mundi ſimulachrum, circũcinxit. Aer, locorum varietate, in qua nobis deo ſimilis vbiq; occurris, firmum vt omnes volumus, conſeruat. Aqua, numen tuum verita, vt eſſes quo mortale genus foueretur, de ſuo gremio nobis iam tum ſalutem tuam implorantibus, inoffenſum mirabiliter reſtituit. Terra tuos cito adultos non ſolum repente ditauit, ſed te, cui illa paret, ſuis theſauris inuiſit. atq; vt eſſent qui poſt te ſibi imperarent, orbemq; ſuum regerent, genus tuum prole gemina congeminauit. Quare cum propter virtutes tuas hæc tibi, a quo alium rerum magnitudo non deſiderabat, contigerint, par ſane erat vt ſimul cum his te etiam mei libelli venerarentur, & ſi non eloquentiæ tuæ vtriuſq; linguæ facundiſſimæ comparandi. Cum non multo altius, quã ſacrorum verba paterentur, ſcripti ſint, animus enim ne quid contra fas diceret, poetarum licentia vagari non potuit. Quod, vt arbitror, multos à ſalutis noſtræ natali, hucuſq;, ab his ſic ſcribendis, quemadmodum ego ſcripſi, deterruit. Nam*

etiam tantum cædes, & miracula diuorum, quos ſanctos appellamus, in illis explicandis à quibuſdam narrarentur. ego ſolus in familiarem meum Ouidium veluti transformatus, qui vt diximus ſimiles hominibus ſui temporis reliquit. ne tantum hoc antiquis liceret, & ſi non eadem linguæ ſuauitate, tamen ea qua his temporibus potui, vulgares feſtorum conſuetudines, à pontificibus olim vt populos in fide retinerent cōceſſas, diuiſis in. xii. mē ſes. xii. Apoſtolorū tutelis, nec prætermiſſis aliquibus rebus geſtis noſtri temporis memoria dignis, cum ortu atq; occaſu ſyderum, ſuis cū cauſis, ac chriſtianis hiſtoriis, in duodecim libellos digeſſi. Sic tamen, vt omnia quæ ad rem pertinerent, quæq; in figuris, aut fabulis veluti in tenebris, inuoluta erant, ad ortum iam ſolem ideſt Chriſtū reduxerim. Opus ſane mihi laborioſiſſimum, & in quo ſi quid præteritum eſt (homo enim ſum) mihi ignoſcendum, atq; voluntati meæ applaudendū putes, quæ in tot rerū mearū difficultatibus ita voluerit. adeo tamen vt iam me tam longi laboris non pœniteat. Cū ſub te principe, & Paulo principe mearum vigiliarum fructus maturuerit, tibiq; totus fere incumbat. Nam cum Cæſari, & Regi, libelli mei etiam faueant (tres enim in terris quas regitis trinæ ſuperioris Maieſtatis imaginem geritis) tuam illam à deo tam feſtinatam, vt orbi ſuccurreret, creationem potiſſimum canunt. triplicemq; coronam à Senatu tibi impoſitam ſupplices, vt debent, adorant. totq; tuas ob pacem res geſtas, cum triumpho illo præclariſſimo, ab vtraq; curia ad radices Capitolii acto, tibi feliciſſimo principi gratulantes, mirifice contemplantur. tuorum ac tuas laudes ad cœlum pro viribus attollunt. Quare illos ad ſpem immortalitatis te duce feſtinantes, ſanctiſſimo nominis tui teſtimonio fiſi, vt dierū longitudinem, rerumq; euentus ſuperare poſſint, atq; vt ego cum his mea gloriola viuus perfruar, vultus ſanctiſſimi tui, ea ſerenitate qua labentem orbem reuocaſti, excipias, exceptoſq; foueas. & quoniam infantes ſunt, & ſine matre geniti, vt poetice quoq; tandem tecum confabuler, lacte tuo, quod ex ouili tibi commiſſo abunde eſt, ne vagiant, curabis. erit mehercule, & curæ, & educationis, illorum non leue pretium. nam ſtatim quod ex infantia exierint, atq; loqui incipient, de te omnium parente, principeq; liberaliſſimo, & tuis vbiq; prædicabunt. Quod ſerio ac ingenue facturos puto, ſi apud ſanctitatē tuā, vt ſpero, tutelam, gratiam, atq; authoritatem conſequentur. Interim Cymbæ tuæ, cui illos commiſimus, de littore tuo, in fidei ac religionis pelagus decedenti, ſalutis humanæ ſigno nobiſcum, ac læta prece fauſtum felixq; omineris vale. Clauſiſſem epiſtolam verſibus niſi ſatis hac ſupplicatum, illis toto fere opere tibi decantatum putaſſem. iterum bene vale & publicæ vtilitati, vt ſoles, conſule.

EX AMBROSII NOVIDII FRACCI FERENTINATIS DVODECIM SACRORVM FASTORVM LIBRIS MENSIVM DIGESTIO.

IANVARIVS.

A	1	Calē.	IAN.	*Ianuarius à Iano bifronte olim in figura dictus: nunc ſacer deo trino, qui Ianum expulit.*]	
				Circumciſio domini in ara cœli	6 a
B	2	iiii	No.	*Præſepe veſpere oritur.*	7 b
C	3	iii	No.		
D	4	Pr.	No.		
E	5	No.		*Vigilia Epiphaniæ.*	8 a
				Reges fabis creantur.	
F	5	viii	Id.	*Ephiphania Domini.*	8 a
				Feſtum regum.	
				Regna atque epulæ in multos dies exercentur.	
G	7	vii	Id.		
A	8	vi	Id.		
B	9	v	Id.	*Sol in Aquario.*	9 b
C	10	iiii	Id.		
D	11	iii	Id.		
E	12	Pri.	Id.	*Dimidius Cancer veſpere oritur.*	9 b
F	13	Id.		*Media hyems.*	9 b
G	14	xix	Calē.		
A	15	xviii	Calē.		
B	16	xvii	Calē.		
C	17	xvi	Calē.	*Antonio abbati.*	9 b
				Nudi eunt ad ædem.	
				Equi dona & faces ferunt.	
				Pueri Sancti ſpiritus viſunt ſudarium.	10 b
D	18	xv	Calē.		
E	19	xiiii	Calē.		
F	20	xiii	Calē.	*Fabiano & Sebaſtiano.*	10 b
				Nudi eunt ad ædem.	
				Sagittæ & annuli fiunt.	
G	21	xii	Calē.	*Agneti*	11 a

				Agni vehuntur aſello.	
				Fabæ dantur.	
				Pallia ex lanis agnorum.	
A	22	xi	Calē.	*Vincentio Anaſtaſio.*	21 b
B	23	x	Calē.		
C	24	ix	Calē.	*Vigilia conuerſionis Pauli*	22 a
				Dies ægyptiacus.	
				Angues expergiſcuntur.	
				Procul à lecto cingimur.	
				Viri cum vxoribus non cubant.	
D	25	viii	Calē.	*Conuerſionis feſtum.*	22 a
E	26	vii	Calē.		
F	27	vi	Calē.		
G	28	v	Calē.	*Roſtrum corui matutino oritur.*	22 a
				Agneti ſecundæ.	
				Trifontanum.	
				Aqua ſaulia uiſitur.	
				Eadem geritur.	
A	29	iiii	Calē.		
B	30	iii	Calē.		
C	31	Pr.	Calē.		

FEBRVARIVS.

D	1	Fe.		*Februarius à februis purgationibus olim in figura dictus. Nunc ſacer purificationi virginis: cuius faculæ pro februis ſunt: à quibus februa veterum expelluntur.*	
E	2	iiii	No.	*Purificatio Virginis*	13 b
				Faces conſecrantur.	
				Faces dantur multis diebus.	
				Initium veris.	1[illegible] b
				Ducis generalis eccleſiæ creatio.	15 b
F	3	iii	No.	*Blaſio*	26 a
				Fax heſterna ad aram fertur.	
				Benedicitur pani.	
				Oleum pro gula petitur & æs datur.	
				Oleum foliis à fœminis pro pueris fertur.	
				Sacrum in æde ſancti Iacobi.	16 b
G	4	Pri.	No.	*Aquarius occidit.*	16 b
A	5	Non.		*Agathæ in valle Quirini.*	16 b
				Ad incendium inuocata prodeſt.	
				Feriæ puellarum, & matrum lactantium.	
B	6	viii	Id.	*Zephyrus flat.*	17 a
C	1	vii	Id.		
D	8	vi	Id.	*Ventorum concurſus.*	17 a
				Equus minor exoritur helice.	17 a

				Sol in piſcibus.	17	a
F	9	v	Id.	Apolloniæ	17	b
				Sacrum pro dentibus.		
G	11	iii	Id.	Iuliano hoſpiti.	17	b
				Viatorum feriæ ob ſecuritatem itineris.		
				Oratio eius geritur in ſubſidium.		
				Venatorum item feriæ.		
				Nuptiæ non celebrantur.	12	b
A	12	Pr.	Id.			
B	13	Id.				
C	14	xvi	Calē.	Valentino presbytero.	18	b
				Manes nocte vagari creduntur.		
D	15	xv	Calē.	Hirundo in alto cœlo apparet.	18	b
E	16	xiiii	Calē.			
F	17	xiii	Calē.	Fauonius Chelidonia dictus flat.	19	a
G	18	xii	Calē.			
A	19	xi	Calē.			
B	20	x	Calē.	Dies nubilus & pluit cū hyeme.	19	a
C	21	ix	Calē.			
D	22	viii	Calē.	Cathedræ, in æde Petri.	19	a
				Pontificis creandi origo.		
				Sella Pontificis ornamentum accipit.		
				Zonæ circum ſellam ponuntur.		
E	24	vii	Calē.			
F	24	vi	Calē.	Matthiæ.	22	a
				Cardinalium creandorum origo.		
				Dies biſextilis.		
				Annus ominoſus.		
				Imperatoris natalis.		
				Coronatio & victoria eiuſdem eadem die.		
G	25	v	Calē.	Dionyſia feſtum Bacchi & carnium	22 ſecunda	a
				Propinquorum epulæ frequentantur.		
				Perſonæ ſiue Perſonati vagantur.		
				Agonalia	23	a
A	26	iiii	Calē.	Taurilia in multis locis.	23	a
B	27	iii	Calē.	Equiria diuerſa, vltima bubalorum.	23	b
C	28	Pr.	Calē.	Ebrietas campanis & cornibus triumphat.	24	a

MARTIVS.

D 1 MAR. *Martius à Marte olim in figura dictus: qui militiæ erat deus: nunc ſacer eſt Chriſto: qui in hoc menſe conceptus, & mortuus eſt: dux deuſq; eſt Sabaoth: ideſt exercituum. dictus qui contra mortem & vitia pugnauit: pugnandoq; illa, omneſq; gentes domuit.*

E	2	vi	No.	*Triangulus mane oritur.*	26 b
F	3	v	No.		
G	4	iiii	No.	*Ala dextra Pegaſi veſpere occidit.*	26 b
A	5	iii	No.		
B	6	Pr.	No.		
C	7	Non.		*Thomæ aquinati.*	26 b
				Doctorum theologorum & phyſicorum feriæ.	
				Oratio de eo in Mineruæ ad patres habetur.	
D	8	viii	Id.		
E	9	vii	Id.	*Beatæ Franciſcæ ad templum pacis.*	27 a
				Violæ ad buſtum feruntur.	
				Munus à ſenatore datur.	
				Epulum publicum in diuæ ædibus.	
				Oratio in eius ſacro ad patres.	
F	10	vi	Id.	*Sol in Ariete.*	27 b
				Figura Iſaci in Phryxo.	
				Aequinoctium vernum.	28 b
				Hyemis abſceſſio.	28 b
G	11	v	Id.		
A	12	iiii	Id.	*Gregorio.*	28 b
				Eius menſa viſitur.	
				Fabæ molles in ſportulam dantur.	
				Terra ſancta colitur.	
				Quadrageſimæ reformatio.	
				Cum ſtationibus & toto myſterio paſſionis.	29 b
B	13	iii	Id.		
C	14	Pr.	Id.	*Aquarius apparet.*	31 a
D	15	Id.			
E	16	xvii	Calē.	*Cauda piſcis mane oritur.*	31 a
F	17	xvi	Calē.		
G	18	xv	Calē.	*Gabrieli Archangelo.*	31 a
A	19	xiiii	Calē.	*Ioſepho.*	31 a
				Fabrorum feriæ.	
				Virginibus ædes cum ſacello ſacræ à Trano dantur.	31 b
B	20	xiii	Calē.	*Dedicatio Sanctæ Crucis.*	31 b
				Mulierum ſtatio.	
				Sacellum viri non intrant.	
C	21	xii	Calē.	*Sancto Benedicto.*	31 b
D	22	xi	Calē.	*Spica mane occidit.*	32 a
E	23	x	Calē.	*Leonis ſimulachrum mane occultatur.*	32 a
F	24	ix	Calē.		
G	25	viii	Calē.	*Annunciatio.*	32 a
				Annus ſalutis nouus à fine menſis: mercatorum calendæ.	
				Carnes à pluribus non eduntur.	

Matronarum

Matronarum feriæ.
Nuptæ à virgine, indutæ albo in templum ad ſeptum eunt.
Pontifex à Palatio vaticano ſolẽniter ad templum venit.
Nuptarum pompa per forum circa templum.
Salutatio virginis ab eius nuncio inſtituta.
Canticum ſalue ab eodem in ſero acceptum.
Oua annunciatæ, vt aiunt, reponuntur.
Inſitio fit & coaleſcit.
Plantæ in precio.
Templum Annunciatæ extra vrbem viſitur.

A	26	vii	Calẽ.			
B	27	vi	Calẽ.	Coruus veſpere totus apparet.	34	b
C	28	v	Calẽ.			
D	29	iiii	Calẽ.			
E	30	iii	Calẽ.	Iordanis incipit mergi in Oceano.	34	b
F	31	Pr.	Calẽ.	Ruſtica fabula de natura menſis.	34	b
				Grando cum niue interdum.		
				Nomina ruſtica quatuor dierum, qui		
				Sequentur in Aprili: ceu vltimi ſint Martii.		

APRILIS.

G	1		APR.	Aprilis ab aperto tẽpore olim in figura dictus: nũc ſacer aperto Chriſti ſepulchro: quod hoc fere mẽſe ſemper paſcha ſit.		
A	2	iiii	No.			
B	3	iii	No.			
C	4	Pr.	No.	Ambroſio doctori.	38	b
				Via, quã lombardam appellant: frequentatur.		
				Inſubrium choreæ.		
				Patres eunt ad ædem.		
				Societatis oblatio.		
				Oratio ad patres.		
D	5	No,		Puppis oritur veſpere.	39	b
				Dimidius piſcis Septẽtrionalis veſpere occidit.	39	b
				Preces puerorum quos orphanos dicunt pro pluuia.	39	b
				Vincentio.	39	b
				Prægnantum preces.		
				Parientum inuocatio.		
				Voti pueri ſanantur.		
				Militum ob diui nominis omen bonum feriæ.		
				Vincentio pro victoria cuius loco eſt, ſupplicatur.		
				Certantum poetarum pro corona tutela.		
				Vincentius inuicti Cæſaris aduocatus.		
				Aduentus Cæſaris in vrbem.	40	b
				Publica Hilaritas.		
				Arcus triumphlis apud ædes Marci.		

				~~Arcus triumphalis apud ædes Marci.~~	
				Complexus Cæſaris & Pontificis.	
E	6	viii	Id.		
F	7	vii	Id.	Aries incipit decedere veſpere.	41 b
				Pes ſiniſter virginis deſcendit.	41 b
G	8	vi	Id.		
A	9	v	Id.		
B	10	iiii	Id.	Sol in Tauro.	41 b
C	11	iii	Id.		
D	12	Pr.	Id.	Iulii Papæ feſtum palatii.	42 a
				Andreæ Apoſt. caput excipitur.	42 a
E	13	Idi.		Labra Arietis occidunt veſpere.	42 a
F	14	xviii	Calē.		
G	15	xvii	Calē.		
A	16	xvi	Calē.	Cæſar cum Pontifice ſacrum adit.	42 a
				Triangulus incipit occidere veſpere.	42 a
B	17	xv	Calē.	Gallia ad fœdus vocatur.	42 a
C	18	xiiii	Calē.		
D	19	ix	Calē.	Taurus incipit occidere chronice.	42 b
E	20	xii	Calē.	Palilia feſtum vetus.	42 b
				Scena atq; epulum in capitolio.	
F	21	xi	Calē.	Medium ver.	43 a
G	22	x	Calē.	Tributa ad Cæſarem veniunt ex india.	43 a
				Clara in pede mali nauis Argo.	
				Veſpere occultatur.	43 a
A	23	ix	Calē.	Caput leporis mane occultatur.	43 a
				Georgio galeato.	43 a
				Georgius pro Marte poſt Chriſtum habitus.	
				Scena de illius hiſtoria multis in locis.	
				Ludus haſtæ inter equites.	
				Signiluſtrium, in quo vexillum. S.P.Q.R.	
				Luſtratur ad aram. S. Georgii.	
				Tubiluſtrium veterum in figura ſigni luſtrationis fuit.	
				Camiſia ſancti Georgii contra tempeſtates.	
B	24	viii	Calē.	Auſtrina dies & pluuia.	45 a
				Aries occidit.	4 b
C	25	vii	Calē.	Marco Euangeliſtæ.	45 b
				Preces maiores, quas proceſſiones & letanias vocant.	
				Pompa ſacerdotum omnium publica.	
				Orbi ſancti ſpiritus cruces ſacras comitantur.	
				Ceraſa Tyburtina ex tributo feruntur.	
				Caſeolis mane benedicitur ad aram.	
				Cruces cereæ poſtibus contra noxas affiguntur.	
				Paſquinalia maledictorum libertas.	47 a
				Gerulorum feriæ & munus.	74 a

D	26	vi	Calē.			
E	27	v	Calē.			
F	28	iiii	Calē.			
G	29	iii	Calē.			
A	30	Pr.	Calē.	Pleiades oriuntur.	48	b
				Prouerbium vulgi.	48	b
				Mai arbores, a pueris exquiruntur.	48	b

MAIVS.

B	1	Calē.	Ma.	Maius à Maia vel maioribus vel maieſtate olim in figura dictus: nunc ſacer maioribus apoſtolis, aut Maieſtati diuinæ: quæ in feſto aſcenſionis cœlum aſcendit quod & hoc menſe fuit.		
				Miſcellanea, quæ & virtutes dicuntur.		
				Volucrum ſparſio in apoſtolorum æde.		
				Porcus ludo ſuſpenditur e templi vertice.		
C	2	vi	No.	Andromada exoritur.	52	b
D	3	v	No.	Inuentio ſanctæ crucis.	52	b
				Fœminæ ſacellum non intrant.		
E	4	iiii	No.	Trutina occidit matutino.	53	b
				Catherinæ Senenſi.	53	b
				In æde Mineruæ poſt pompam à digito benedicitur.		
F	5	iii	No.	Pleiades veſpere occidunt.	53	b
G	6	Pr.	No.	Direptio vrbis.	53	b
				Dies ater.		
A	7	No.		Pompa pro pace.	54	b
B	8	viii	Id.	Apparitio Michaelis.	55	a
				Moles ab eius tutelam tonat.		
				Puellę in eius æde ſuburbana nubunt.		
				Fruges, vt agreſtes putant, ab eo implentur.		
				Initium Æſtatis.	56	b
C	9	vii	Id.			
D	10	vi	Id.	Capra heliace occultatur.	56	b
				Iobbo patienti.	56	b
				Germanorum feriæ.		
E	11	v	Id.	Scorpius totus matutino occidit.	57	a
				Sol in Geminis.	57	a
				Caſtor & pollux in figura Baptiſtæ & Ieſu Chriſti.	57	b
F	12	iiii	Id.			
G	13	iii	Id.	Templum Pantheon conſecratur.	57	b
				Ceraſia & fabæ ad aram feruntur.		
A	14	Pr.	Id.			
B	15	Id.		Crus dextrum Andromachæ Crepuſculo occidit.	58	a
				Centauri manus oritur.	58	a

C	16	xviii.	Calē.			
D	17	xvi	Calē.	Cetus exoritur heliace.	58	a
				Ionæ cetus in figura fuit.		
E	18	xv	Calē.			
F	19	xiiii	Calē.	Iuoni.	58	b
				Aduocatorum feriæ.		
				Aquilæ cauda oritur chronice.	59	b
G	20	xiii	Calē.	Euſtachio vbi doctores creantur.	59	b
				Hyades oriuntur in figura donorum ſpiritusſan.	60	
A	21	xii	Calē.	Cornu dextrum tauri mane oritur.	60	a
B	22	xi	Calē.	Hyadum lampas matutino oritur.	60	a
C	23	x	Calē.			
D	24	ix	Calē.	Iordanis fluuius oritur matutino.	60	a
E	25	viii	Calē.	Mariæ virginis.		
				Sorores duæ.	60	a
				Sagitta veſpere oritur.	60	b
				Societates quæ collegia ſiue ſodalitia dicuntur, ad templum diui Sebaſtiani diebus dominicis eunt.	61	a
				Veſtigia Chriſti viſuntur.		
F	26	vii	Calē.	Virgiliæ oriuntur.	62	a
				Imbres cum tonitru.	62	a
G	27	vi	Calē.			
A	28	v	Calē.			
B	29	iiii	Calē.	Aeris tempeſtas.	62	a
C	30	iii	Calē.			
D	31	Pr.	Calē.	Petronillæ virginis.	62	a
				Statio in æde Petri.	62	a

IVNIVS.

E	1	Calē.	IVN.	Iunius à Iunone vel Hebe iuuentutis Dea, vel à iunctis regibus Tacio & Romulo olim in figura dictus: nunc iunctis apoſtolis à Spirituſancto in Pentecoſte ſacer eſt: quæ in hoc menſe venit.		
F	2	iiii	No.	Nuptæ Sancti ſpiritus eunt per vrbem.	64	a
				Nuptiæ non celebrantur niſi à puellis S. ſpūs.	64	a
G	3	iii	No.	Arcturus occidit matutino.	64	a
A	4	Pr.	No.	Concilium indicitur.	64	b
				Iordanis exoritur.	64	b
B	5		No.	Gemini incipiunt veſpere occidere.	65	a
C	6	viii	Id.			
D	7	vii	Id.			
E	8	vi	Id.	Dorſum Centauri veſpere apparet.	65	a
F	9	v	Id.	Hædi oriuntur.	65	a
G	10	iiii	Id.	Canis minor heliace occidit.	65	a

A	11	iii	Id.	*Solſtitium æſtiuum.*	65 a
				Sol in Cancro.	65 a
				Meſſis incipit.	64 a
				Meſſorum æſtas & eorum conſuetudo cum agreſti pompa.	
				Conſolationis ſtatio.	65 b
				Zephyrus flat.	66 a
				Barnabæ Apoſtolo.	66 a
				Tempeſtas ſæpe oritur.	66 a
B	12	Pr.	Id.		
C	13	Id.		*Hædi occidunt chronice.*	66 b
				Orion mane oritur.	66 b
				Antonio de Padua.	66 b
				Vota ob amiſſas res.	
				Mercatorum feriæ.	
				Mercurii vetus conſuetudo illi datur.	
D	14	xviii	Calē.		
E	51	xvii	Calē.	*Vito & Modeſtino ad arcum.*	68 b
				Oleum & panis pro demorſis à canibus rabidis.	
				Sub lapidem tranſitus pro eiſdem.	
				Canes rabidi pacantur.	
F	16	xvi	Calē.	*Caput ſagittiferi veſpere exoritur.*	69 b
G	17	xv	Calē.		
A	18	xiiii	Calē.	*Hercules in figura Chriſti incipit occi.*	69 a
B	19	xiii	Calē.	*Aeſtus intenſio.*	69 a
C	20	xii	Calē.	*Virgo conſpecta in mœnibus.*	69 a
				Lepus veſpere apparet.	69 b
D	21	xi	Calē.	*Auriga exoritur: in cuius figura Helias.*	
E	22	x	Calē.		
F	23	ix	Calē.	*Vigilia Natalis Ioannis Baptiſtæ.*	70 a
				Aromata dantur veſperis: ignes fiunt.	
				Puella cum paruo tympano quod coronulam appellat.	
				Pueri pro puellis veſtiuntur.	
				Cantilenæ ad liberales, diræ in auaros.	
				Aquæ in nocte natantur: & penſiles ad vaticinium feruntur.	
				Filix vulgo in precio eſt propter ſemen.	
				Herbæ diuerſi generis quæruntur, & multa fiunt.	
				Carduus puellarum legitur, & ab eiſdem centum cruces.	
G	24	viii	Calē.	*Natiuitas Ioā. baptiſtæ: ros & nouæ frōdes in precio.*	70 b
				Solſtitium vulgare.	73 b
A	25	v	Calē.		
B	26	vi	Calē.		
C	27	v	Calē.	*Gladius orionis matutino aſcendit: in figura Cæſaris, vel Pauli apoſtoli enſis.*	

D	28	iiii	Calẽ.			
E	29	iii	Calẽ.	Petro & Paulo	74	a
				Equus, quem chineã vocant, pontifici, a Cæſare pro tributo tra(ditur.		
				Pompa epiſcoporũ in equis chineam comitatur.		
F	30	Pri.	Calẽ.	Commemoratio Pauli apoſtoli.	74	b
				Angues dantur Paulo.		
				Circulatorum anguium feriæ.		
				Vacationes publicæ.	75	b

IVLIVS.

G	1	Calẽ.	IVL.	Iulius Quintilis à numero menſium antiqui anni à Iulio po-		
				ſtea in figura dictus : nunc Chriſto in ventre matris		
				Iulo dicto ad ſimilitudinem floris nódũ aperti, ſacer eſt.		
A	2	vi	No.	Viſitatio virginis.	78	b
				Grauidis feſtus dies.		
				Piſtorum ientacu'ariorum feriæ.		
				Sacrum eorundem.		
				Fœdus pontificis cum Cæſare & preces publicæ.		
B	3	v	No.	Virgo Maria in via locuta eſt.	80	a
C	4	iiii	No.	Perſeus crepuſculo incipit oriri.	80	b
				Perſeus in figura Dauidis.		
D	5	iii	No.	Leo heliace occidit.	81	a
				Octaua Petri & Pauli.	81	a
E	6	Pr.	No.			
F	7	No.		Translatio Thomæ.	81	a
				Feſtum Palatii.		
G	8	viii	Id.			
A	9	vii	Id.	Præſepe occidit veſpere.	81	b
B	10	vi	Id.			
C	11	v	Id.	Aſellus ſeptentrionalis oritur matutino.	81	b
D	12	iiii	Id.	Lupus incipit occidere.	81	b
E	13	iii	Id.	Dimidium æſtatis.	82	a
				Manipuli ſegetum in areis componuntur.	82	a
				Sol in Leone.	82	a
F	14	Pr.	Id.			
G	15	Id.		Diuiſio Apoſtolorum.	82	b
				Iordanis totus exoritur matutino.	83	a
				Procyon æſtus auget.	83	a
A	16	xvii	Calẽ.			
B	17	xvi	Calẽ.	Alexio.	83	a
				Statorum feriæ.		
				Maria in porticu ſacrum.	83	b
				Exequiæ anniuerſariæ.	83	b
C	18	xv	Calẽ.	Auſtri flant & canis emergit.	83	b

D	19	xiiii	Calē.		
E	20	xiii	Calē.	Margaritæ	83 b
				Vota parientium quæ Iſi olim fiebant.	
F	21	xii	Calē.	Canicula in ore canis maioris ardens exoritur.	84 a
				Dies caniculares.	84 a
G	22	xi	Calē.	Canicula fortius ardet.	84 b
				Maxilla ſiniſtra Leonis oritur coſmite.	84 b
				Mariæ Magdalenæ.	84 b
				Verticordiæ Venaris feſtum huc relatum.	
				Confitendi libellus à Magdalena.	
				Diſciplinæ vſus ab eadem.	
				Munus fertur à ſocietate confalonis: ſic appellant.	
A	23	x	Calē.	Aeſtus intenditur.	86 a
B	24	ix	Calē.	Aeſtus vehementior.	86 a
C	25	viii	Calē.	Iacobo apoſtolo.	86 a
				Peregrinorum feriæ.	
				Inſanabiles, quos incurabiles dicunt: viſuntur.	
				Hiſpanorum feſtum.	
				Equitum feriæ.	
				Pepones boni apparent: & ſapiunt.	87 a
				Papa rediens de pace confecta triumphat.	87 a
				Chriſtophoro.	87 b
				Matrum vota in balneis infantum vt creſcant.	
				Earundem in ſubigenda Cerere vt augeatur.	
D	26	vii	Calē.	Annæ matris Mariæ.	89 a
				Annæ antiquæ feſtum huc relatum.	
				Mater, filia, nepos, vna æde coluntur.	
				Matralia feſtum vetus ad matrem Annam & matrem Virginem relatum.	
				Parafrenariorum, ita vocant famulos à pedibus, feriæ.	
				Epulum eorundem publicum.	
E	27	vi	Calē.	Marthæ Magdalenæ ſorori.	90 a
				Panthaleoni.	90 a
				Aqua medica ab ara datur.	
				Leonis medium exoritur.	90 a
				Auſter nimboſus flat.	90 a
F	28	v	Calē.	Celſo victori ſacrum.	90 a
				Victoria Cæſaris in qua Guleta capitur.	90 a
				Ignes ob lætitiam publici.	
				Laurea victori datur.	
G	29	iiii	Calē.		
A	30	iii	Calē.		
B	31	Pr.	Calē.		

C	1	Calē.	AVG.	*Auguſtus ſextilis à numero menſium antiqui anni ab Auguſto eſt olim in ſigura dictus, nunc Petro auguſto ac principi apoſtolorum ſacer.*	
				Afferre Auguſtum vulgus ait: quod feriari Auguſto' dicendum erat.	
				Catenæ coluntur ad aram in exquiliis ad vicum Cyprium iuxta Titi thermas.	
				Equitum Petri feriæ.	
				Nautarum itidem feriæ.	
				Epulum Patrum & publicum ibidem in ædibus.	
				Hilaritas vetus feſtum per totam vrbem.	
				Suillæ toſtæ carnes more veterum ob feſti ſolēnitatē libātur.	
				Templum ad octauam viſitur.	
				Feſtum carceris, quod huc translatum eſt, cum octaua.	
				Aqua ex miraculo in carcere ad corporis & animæ ſalutem bibitur.	
D	2	iiii	Non.	*Mariæ de Angelis.*	93 b
				Textorum ſocietatis feriæ.	
E	3	iii	No.	*Inuentio ſancti Stephani.*	93 b
F	4	Pri.	No.	*Calores ingentes*	93 b
G	5	Nonis.		*Stipulæ incenduntur.*	93 b
				Feſtum niuis.	93 b
				Niues de templo ob miraculi memoriam ſparguntur.	
				Vulgi luſus in niue ficta: quæ à matribus collecta ſeruatur.	
				Puellæ cærulea veſte indutæ nubunt.	
				Statio in templo ad præſepe vnde dictum eſt.	
				Fæminæ præſepæ non intrant.	
				Dominico in Auentino ſacrum.	95 a
				Citri folia dantur in cyathum ægrotantium puerorū.	
A	6	viii	Id.	*Nauis incipit oriri diluculo.*	95 b
				Argo in figura Nauiculæ Petri.	
				Transfiguratio domini.	96 b
				Sagitta matutino occidit.	96 b
B	7	vii	Id.		
C	8	vi	Id.	*Ciriaco in via lata.*	96 b
				Panis datur contra cacodæmones.	
				Subſidium datum Coronæ.	96 b
D	9	v	Id.	*Equus minor matutino occidit.*	99 b
E	10	iiii	Id.	*Laurentio extra portam eius nominis, quæ Tiburtina dicebatur.*	96 b
				Nuces in precio, & religioſæ.	
				Aromatariorum vel medicinarum feriæ.	
				Prouerbium vulgi de calore magno.	

				Vienna à Cæſare defenſa.	97 b
				Trophæa pro feſto virginis auguſti dantur.	
F	11	iii	Id.		
G	12	Pri.	Id.	Vrna Aquarii occidit chronice.	97 b
				Initium Autumni.	97 b
A	13	IDI.		Delphinus totus mane mergitur in Oceano.	97 b
B	14	xix	Calē.	Dies pluuius	97 b
				Vigilia aſſumptionis nocte tota ad templum.	97 b
				Sol in tota virgine.	97 b
				Erigone, & aliæ in figura virginis.	
				Megaleſia feſtum vetus in feſtum virginis translatum.	
				Triũphus Auguſti Cæſaris in põpã Serua.e virg. inſtitutus.	
				Artes virgini expulſa Minerua, quæ in figura virginis fuit, traditæ.	
				Collegiorum artificum ad ornatum æmulatio.	
				Regionum ſigna, ac nobilium apparatus.	
				Choraulium ſiue auledorum ſtrepitus ad Marci.	
				Virginis imago in ara cœli publica prece veſpere aperitur.	
				Thalami artificiorum, ita vocant picta pegmata: iuſſi pompam incipiunt.	
				Tribuni, quos capita regionum craſſe dicunt: à Senatore ſinguli carcere clauſos petunt.	
				Via ſacra frequentatur.	
				Seruatoris imago ſociorum ceruice fertur, & ter lauatur: qui mos à Cybele eſt.	
				Tranſitus ſub imagine face multa, ac multa vi defenſus.	
				Regionum diuerſis locis epulæ publicæ.	
				Thalamorum corona, atq; puerorum ex his clamor in egreſſu virginis è templo tota nocte.	
C	15	xviii	Calē.	Aſſumptionis feſtum.	102 b
				Gyri cum vexillis circum aram.	
				Pompa inſtauratur, reditq; in Lateranum.	
				Cantu puer ſimulachrum in gratiam populi alloquitur.	
				Simulachrorum complexus.	
				Clamor ad veniam cum ignium ſtrepitu.	
D	15	xvii	Calē.	Rocho ad ripam via Clementina.	103 a
				Lintres coronantur.	
				Oenopoliorum, atq; hoſpitum feriæ.	
				Dona feruntur ab aliquibus artificibus.	
				Sacrum cum Sebaſtiano cõmune, & epulum.	
E	17	xvi	Calē.	Pegaſus incipit occidere matutino.	103 b
F	18	xv	Calē.	Virgo exoritur.	103 b
G	19	xiiii	Calē.		
A	20	xiii	Calē.		

B	21	xii	Calē.		
C	22	xi	Calē.	*Octaua aſſumptionis.*	103 b
				Ludi funebres in honorem virginis defuncti ſumpta ad Pantheon, quod Rotunda dicitur, in porticu templi ab apoſtolis erecta ſcena aguntur.	
				Imagines clauduntur.	103 b
				Hirundo abit.	103 b
				Vindemitor emergit.	103 b
D	23	x	Calē.		
E	24	ix	Calē.	*Bartholomeo apoſtolo.*	104 a
				Pollipari ociantur.	
				Lebes ſacer ſuſpenſus in templo à vulgo per annulum tactus ad preces viſitur.	
				Molendinariorum feriæ circa inſulam.	
				Puerorũ ludus ad aſſem colliſis ad inuicem pedibus.	
				Statio per octauam.	
				Aeſtas deſinit penitus.	104 b
				Ficus & vuæ pepones peũunt.	104 b
F	25	vii	Calē.	*Ludouico Francorũ regi, ad Thermas Neronianas.*	104 b
G	26	vii	Calē.		
A	27	vi	Calē.		
B	28	v	Calē.	*Auguſtino.*	105 a
C	29	iiii	Calē.	*Decollatio.*	105 a
				Dies ater ſiue ægyptiacus.	
				Ignes fiunt, & tranſiliuntur. in eius natali.	
				Sacrum funebre ad cruces ſiue ad ſaxum Capitolinum.	
				Laquei reorum comburuntur.	
				Cinis ex illis ſpargitur.	
				Panis capite ſignatus in ſportulam datur.	
				Charitatis ſodalitii à Tobia inſtituti ſignũ caput diui in triuiis.	
D	30	iii	Calē.		
E	31	Pr.	Calē.		

SEPTEMBER.

September Germanicus à victoria Domitiani contra Germanos, & à numero menſium antiqui olim in figura dictus: nunc ſeptimo diei in quo deus à labore quieuit ſacer eſt.

F	1			*Aegidio Abbati, ad portã palatii e radices vaticani.*	107 b
				Faces exuſtæ dantur ad diffugium febrium.	
				Vota ſoluuntur pro eiſdem	
				Maria de febre in palatio, cui Aegidius adhæret colitur.	
				Cetus incipit occidere matutino.	108 b
G	2	iiii	No.		

A	3	iii	No.	*Capella emergit.*	108 b
B	4	Pr.	No.	*Iordanis matutino incipit occidere.*	109 a
C	5		No.		
D	6	viii	Id.	*Coxa ſiniſtra Leonis veſpere deſcendit.*	109 a
E	7	vii	Id.	*Crater incipit oriri matutino.*	109 a
				Arcturo exoriente imbres cadent.	109 b
F	8	vi	Id.	*Natiuitas Virginis.*	109 b
				Pallas in figura olim virginis.	
				Liber generationis legitur.	
				Domus virginis in picenis frequentatur.	
				Latona in figura Annæ matris Mariæ.	
				Templum Criptæ ferratæ extra vrbem viſitur.	
				Sacrum græce ibidem.	
				Piſtorum feriæ & ſacrum.	
				Molæ atq; Aſellæ o iantur.	
G	9	v	Id.	*Inferiæ Delphini Regis Francorum filii.*	113 a
A	10	iiii	Id.	*Pectus pegaſi occidit matutino.*	113 a
				Hirundo abit nec videtur.	113 a
B	11	iii	Id.		
C	12	Pr.	Id.	*Sol in Libra.*	113 a
				Aeacus & Rhadamantus in figura Michaelis.	
D	13	Id.		*Aequinoctium autũnale.*	114 a
				Vindemia incipit.	114 a
				Virgo cognomine quercus.	114 a
				Laniorum feriæ.	
				Baltheus in figura zonæ virginis incipit oriri matu.	114 a
E	14	Id.		*Exaltatio ſanctæ crucis.*	114 a
				Statio in vrbe apud Hieruſalem.	
				Sacellum, vt alibi dictum eſt, fœminæ non intrant.	
				Quatuor tempora autumnalia.	115 a
				Prora argonauis exoritur matutino cætera perpetuo latent.	115 b
F	15		Id.		
G	16		Id.	*Leo exoritur heliace.*	115 b
				Tobiæ ſacrum.	115 b
				Nuptiarũ cerœmoniæ à nuptiis eius deductæ videlicet de enſe de piſce de pompa & de pedibus lauandis.	
				Feſtum Stygmatum.	116 b
				Fratrum minoris ordinis feriæ.	
B	18	xiiii	Calē.	*Nuncium pacis.*	116 b
C	19	xiii	Calē.		
D	20	xii	Calē.	*Euſtachio.*	116 b
				Pompei colũna tacitus exercitus aduentus in vrbē.	116 a
				Matthæo apoſtolo.	116 b
				Vindemia plena.	116 a

				Lacus vuis pingitur.	
F	22	x	Calē.		
G	23	ix	Calē.	Legati pro pace mittuntur.	117 a
				Vultus ſanctus oſtenditur.	
A	24	viii	Calē.	Zona virginis occidit veſpere.	117 b
				Ala ſiniſtra corui oritur matutino.	117 b
B	25	vii	Calē.	Spica azimon cognominata occidit Chronice.	117 b
C	26	vi	Calē.	Bootes matutino exoritur.	117 b
D	27	v	Calē.	Coſmæ & Damiano.	118 a
				Medicorum omnis generis feriæ.	
E	28	iiii	Calē.	Coruus matutino exoritur totus.	119 b
				Coruus Phœbi in figura Corui Nois.	
				Caput non lauatur.	119 b
F	29	iii	Calē.	Dedicatio Sancti Michaelis.	119 b
				Scalæ eius ædis in ſuburbio veteri genibus aſcenduntur pro defunctis.	
				Puellæ nubunt in eiuſdem templo in ſuburbana vrbe leonina.	
				Arx tonat in gratiam tutelaris numinis.	
				Curſorum feriæ.	
				Epulæ eorum publicæ.	
G	30	Pr.	Calē.	Hieronymo presbytero ac doctori ad ripā Tyberis.	121 a
				Corpus eius in exquiliis viſitur.	

OCTOBER.

A	1			October Domitianus, quòd eo menſe natus, & à numero antiqui anni olim in figura dictus: nunc ſacer eſt octauo æuo: ideſt reſurrectioni in iudicio.	
				Corona emergit.	123 a
				Corona ariadnæ in figur coronæ virginis.	
				Corona dominæ oratio puellarum.	
B	2	vi	No.	Corona exoritur tota.	123 b
				Grues apparent.	123 b
C	3	v	No.		
D	4	iiii	No.	Franciſco.	123 b
				Prouerbium vulgi Franciſco ſeminare intromitto	
				Chariophyli plantæ, ita appellant, exquiruntur ad hortos penſiles.	
				Arbores plantantur & herbæ omnis generis.	
				Sementinæ feſtum agreſte huc translatum & Cereris.	
				Fratrum minorum origo & vita cum pane & vino mēdicato.	
				Fratrum eorūdem per cappucinos, ita vocant renouatio.	
E	7	iii	No.	Pleiades exoriuntur & Auſter flat.	126 b
F	6	Pri.	No.		
G	7	No.		Corona exoritur matu. venti commutantur: aſperaq; in ma-	

				ri fit tempeſtas.	126 b
A	8	viii	Id.	*Inundatio Tyberis.*	126 b
B	9	vii	Id.	*Os Ceti occidit matutino.*	127 a
C	10	vi	Id.		
D	11	v	Id.	*Medium Autumni.*	127 a
				Aries incipit occidere matutino.	127 b
				Creatio Pontificis.	127 b
E	12	iiii	Id.		
F	13	iii	Id.	*Sol in Scorpione.*	127 b
G	14	Pr.	Id.	*Dies triſtis & nubilus.*	129 a
A	15	Id.		*Piſcis ſeptemtrionalis matutino occidit.*	129 a
B	16	xiiii	Calẽ.	*Coxa ſiniſtra virginis veſpere occidit.*	129 b
C	17	xvi	Calẽ.		
D	18	xv	Calẽ.	*Lucæ Euangeliſtæ.*	129 b
				Sacrum & oratio in Sancto Euſtachio.	
				Puerorum prouerbium vulgare Luca merenda perduta.	
				Vacationes, à ſtudiis deſinunt.	
				Veterum ſtudiorum innouatio.	
				Poetarum atq; pictorum ſculptorumq; & id genus feriæ.	
				In Capitolio iuxta aram cœli ſacrum.	
				Aduocatorum, cauſidicorum, notariorum ſcribarumq;.	
				Similiter feriæ.	
				Oratio in ſacro ibidem.	
				Piper, faces, curialibus dantur.	
				Vindemitor occidit crepuſculo.	132 a
E	19	xiiii	Calẽ.	*Lupus occidit heliace.*	132 b
				Aquilo flat fitq; in mari tempeſtas horrida.	133 a
F	20	xiii	Calẽ.		
G	21	xii	Calẽ.	*Lanx libræ ſeptẽtrionalis cum ſole oritur.*	133 a
A	22	xi	Calẽ.		
B	23	x	Calẽ.	*Pes dexter Gallinæ oritur matutino.*	133 a
C	24	ix	Calẽ.		
D	25	viii	Calẽ.	*Criſpino & Criſpiniano.*	133 b
				Sacrum ſociorum in æde Mineruæ.	
				Cerdonum feriæ.	
				Arcturus occultatur.	134 a
				Conuerſio aeris ad frigus.	134 b
E	26	vii	Calẽ.	*Serpentarius in fig. Pauli incipit ori. matu.*	134 b
F	27	vi	Calẽ.	*Ieiuna pro defunctis.*	135 a
				Succula cum lepore occi. fit pluuia gelida.	135 a
G	28	v	Calẽ.	*Simoni & Iudæ apoſtolis.*	135 a
				Matrum preces contra noxas filiorum.	
				Tempeſtas ſæpe oritur.	
A	29	iiii	Calẽ.	*Corona meridionalis ſero incipit occidere.*	135 b
B	30	iii	Calẽ.		

C	31	Pr.	Calé.	Lyræ teſtudo mane oritur.	135 b
				Lyræ inuentio in ſigura Dauidis.	
				Vigilia omnium ſanctorum.	136 a
				Nocte Pantheon frequentatur.	
				Mutatio Capparum.	136 b
				Statio.s. Gregorii incipit.	136 b
				Memoriæ mortuorum incipiunt.	

NOVEMBER.

D	1	Calé.	NO.	Nouember à numero antiqui anni olim in ſigura dictus: nunc numero cælorum ſacer eſt: hinc ſancti qui in illis habitant primam communiter diem habent.	
				Feſtum ſtultorum veterũ huc translatum eſt.	
				Pantheon deorum veterũ templũ ſanctis noſtris datur.	
				Cybele in eo olim templo in ſigura virginis.	
				Traianus liberatur.	140 a
E	2	iiii	No.	Parẽtalia, & ãtiquorũ ritus huc trãslatus paucis muta.	141 a
				Faces in tumulis pro floribus.	
				In templis olim in viis ſepulchra.	
				Nouem diebus parentatur legitime.	
				Nuptiæ non ſiunt.	143 a
F	3	iii	No.	Lyræ ſimulachrum matutine peroritur totum.	143 a
				Virgo tota veſperi occultatur.	143 a
G	4	Pr.	No.	Initium hyemis.	143 a
				Imbres incipiunt.	143 a
A	5		No.	Coronatio pontiſicis.	143 a
				Luſtratio geminorum puerorum in ſacro fonte.	144 a
B	6	viii	Id.	Leonardo confeſſori.	144 a
				Carcerum feriæ.	
				Reorum vota & ſacrum.	
				Pregnantium preces.	
C	7	vii	Id.		
D	8	vi	Id.	Media Scorpionis ſtella emergit.	145 a
E	9	v	Id.	Theodoro.	145 b
				Nutricum feriæ.	
				Veſtes Puerorum votæ ſoluuntur.	
				Infantes ægrotantes curantur.	
				Dedicatio baſilicæ ſeruatoris.	146 a
				Seruatoris imago ſupra tribunale apparuit.	
				Conſtantinus dotat eccleſiam: ædeſq; ſuas tẽplum facit.	
				Stationes continuæ in æde ſacra ad impetrandam veniam.	
				Saxũ in ingreſſu tẽpli, quod imago tetigit à vulgo veneratur.	
F	10	iiii	Id.	Scorpius matutino occidit.	146 b
G	11	iii	Id.	Fidicula oritur matutino.	146 b

				Prognoſtica Ruſticorum.	
				Martinalia geniale feſtum.	147 *b*
				Vina delibantur eademq; defecantur.	
				Vinalia veterum feſtum huc tranſlatum.	
				Bacchus in Martini figura.	
				Epulæ publicæ in exquiliis.	
				Ientaculum datur in vaticano.	
A	12	Pr.	Id.	*Aeſtas. S. Martini incipit.*	150 *b*
				Sol in ſagittario.	150 *b*
				Heliſeus in figura Sagittarii.	
B	13	Id.		*Homini bono.*	151 *a*
				Sartorum feriæ.	
C	14	xviii	Id.	*Serpentarius incipit occidere.*	151 *a*
				Orion cum fidicula exoritur.	151 *a*
D	15	xvii	Calē.		
E	16	xvi	Calē.		
F	17	xv	Calē.		
G	18	xiiii	Calē.	*Dedicatio Baſilicæ Petri & Pauli.*	151 *a*
				Conſtantinus corbibus terram egerit.	
				Oſſa apoſtolorum Pet. & Pauli lance diuiſa.	
				Sol prece ſiſtitur.	
				Templum Petri à Iulio innouatur.	
A	19	xiii	Calē.		
B	20	xii	Calē.		
C	21	xi	Calē.	*Præſentatio virginis.*	151 *b*
				Magiſtrarum fœminarum feriæ.	
				Diſcipulæ puellæ ociantur.	
D	22	x	Calē.	*Cæciliæ.*	152 *a*
				Fax à puellis fertur.	
				Nautarum feriæ.	
E	23	ix	Calē.	*Clementi.*	152 *a*
				Hyemis initium ſecundum prouerbium.	
				Sacerdotum non tamen certum.	152 *a*
F	24	viii	Calē.		
G	25	vii	Calē.	*Catherinæ.*	152 *b*
				Poetarum atq; oratorum feriæ.	
				Fortuna in figura Catherinæ.	
				Regem Scholæ creant.	
				Acies gladiorum ſacræ & memores.	
A	26	vi	Calē.		
B	17	v	Calē.	*Mortuorum memoria.*	152 *b*
C	28	iiii	Calē.		
D	29	iii	Calē.		
E	30	Pr.	Calē.	*Andreæ Piſcatori.*	152
				Piſcatorum feriæ.	

Statio in Petri baſilica.
Caput ab ædicula populo oſtenditur.
Aduentus domini incipit.
Prædicæ in templis ſiunt.
Tempuſq; quadrageſimæ habet imaginem.

DECEMBER.

F 1 Calē. DE. December à decimo numero menſium antiqui anni olim in figura dictus: nunc ſacer eſt decimo menſi: quo Chriſtus natus eſt: & quia poſt decem alter nouus fit numerus: tempora renouata ſunt: & omnia emendata cum temporibus.
Annus nouus qui à calendis pendet.
Nuptiæ non fiunt.
A eligio fabro fabrorum ferrariorum feriæ. 154 b
Sellarii, Frenarii, Clauarii, Aurifices, Armarii, & id genus ociantur.
Domitores equorum in equis non ſedent.
Societatis ſacrum ad radices Capitolii.

G 2 iiii No.

A 3 iii No. Gallina, Vultur, Cygnus mane exoritur. 155 a

B 4 Pr. No. Barbaræ. 155 a
Præfectorum arcium feriæ tormentorum æneorum artificum feſtum.
Carcere clauſorum preces.
Militum itidem religioſa dies.

C 5 No. Sabbæ, Titi Veſpaſiani oſſa in eius tēplo viſuntur. 156 b

D 6 viii Id. Nicolao epiſcopo. 157 a
Scholarum feriæ.
Reges ad ædem muneribus & pompa accedunt.
Poetarum mos olim in ſchola ad pueros relatus.
Regales in ſcholis epulæ.
Mercatorum mercium ſacrum atq; inſtitorum.
Panis in Euſtachio in ſportulam.


E 7 vii Id. Ambroſio 159 a
Inſubrium ſecundum ſacrum.

F 8 vi Id. Conceptionis feſtum. 159 a
Virginis imago aperitur atque exponitur.
Eiuſdem ſella ſubitur.
Pompa in regione per forum fit.
Puellæ ſocietatis dote nubunt.
Sacrum in æde Populi.
Calix dono à populo datur.
Aquila à roſtro mane oritur. 160 a

G	9	v	Id.		
A	10	iiii	Id.		
B	11	iii	Id.	Damaſo in cuius templo datur.	160 a
				Aqua in poculo ad potum vulgo pro febre.	
C	12	Pr.	Id.	Finis autumni.	160 b
				Alcyonides dies.	160 b
				Maris tranquillitas.	
				Solſtitium hyemale.	160 b
				Sol in Capricorno.	160 b
D	13	Id.		Luciæ.	160 b
				Dies incipiunt creſcere.	
				Puellarum preces pro oculis.	
				Merces in via panduntur vulgus ſpaſam vocat.	
				Oculi cæræi argenteiq; cum face ad vota.	
				Nautarum preces.	
				Prognoſtica menſium per totum annum.	
				Præſepe paratur.	
				Artificum onix cum crepundiis ſuſpenditur.	
				Quatuor tempora hyemalia.	162 a
E	14	xix	Calē.	Ara exoritur heliace.	162 a
				Delphinus cauda oritur matutino.	162 b
F	15	xviii	Calē.		
G	16	xvii	Calē.		
A	17	xvi	Calē.	Lazaro.	162 b
				Sacrum ad radices Auentini.	
				Hoſpitum ibidem feriæ.	
				Frons Sagittarii veſpere occidit.	164 b
B	18	xv	Calē.	Aquila occidit heliace.	164 a
C	19	xiiii	Calē.	Vigilia Thomæ Apoſtoli.	164 a
D	20	xiii	Calē.	Porcus ceditur.	
				Axungia ſeruatur.	
E	21	xii	Calē.	Thomæ Apoſtolo.	164 b
				Fœminæ ad arcam fœderis ſacellum intrant hac vice tantum.	
				Panis in ſportulam in æde captiuorum apud nauiculam in Cœlio	164 b
F	22	xi	Calē.	Iugulæ Orionis veſpere oriuntur.	164 b
G	23	x	Calē.		
A	24	ix	Calē.	Vigilia Natalis.	164 a
				In Capitolio tribus ac tribuni dulcibus ac ientaculis excipiuntur.	
				In Vaticano Ientacula ac dulcia patribus exhibentur.	
				Munera ac ſtrenæ in vtraq; Curia.	

****

				Creatio Cardinalium.	
				Hylaritas per totam vrbem.	
				Templa exornantur.	
				In cupedinariorum menſis.	
				Omnium generum immagunculæ.	
				Sacra in nocte & ſolẽnis vigĩa.	
B	25	viii	Calẽ.	Dies Natalis Domini.	169 b
				Conſuetudines eius diei.	
				Initium innouati anni.	
				Ter ad aras libatur mane vno.	
				Enſis aureus cum capitio ducali gem mato.	
				Dulcia continuantur & ſtrenæ.	
				Carmina & Tubarum cantus per primatum ædes.	
C	26	vii	Calẽ.	Stephano.	
D	27	vi	Calẽ.	Ioanni Euangeliſtæ.	168 a
E	28	v	Calẽ.	Innocentibus.	168 a
F	29	iiii	Calẽ.		168 a
G	30	iii	Calẽ.		
A	31	Pr.	Calẽ.	Sylueſtro.	168 b
				Scutica per lectum.	
				Carica & nux datur.	
				Veſper in Vaticano ſacer.	
				Magiſtratuum præparatio.	
				Coniunctio annorum.	



Ad liuidum de futura eius
deſperatione ob abſolu-
tum opus.

S tat liber, & laqueus tibi liuide, despitis, oſor
Authoris, librum, ſume igitur laqueum.
I am non vis laqueum, librum & petis, accipe, lectus
Pro laqueo, liber hic non minus interimet.

MOTV PROPRIO &c. *Cum (ſicut accepimus) dilectus filius Ambroſius Nouidius Fraccus Firentinas, vnum Opus Duodecim librorum ſacrorum Faſtorum nũcupatum (ſecundum noſtras in feſtis conſuetudines) cum ſuis etiam cauſis, ac ortu & occaſu ſyderum, necnõ aliquibus rebus huiuſce ætatis geſtis, & memoratu dignis, ad omnipotẽtis Dei, eiuſdemq́; glorioſæ Virginis Mariæ matris, ac omnium ſanctorum, laudem & gloriam, non ſine maximo labore, elegantĩ verſu elegiaco, vna cum Apoſtilis ſiue Scholiis inſuper additis, nuper ediderit ſeu compoſuerit, illudq́; propriis ſumptibus & expẽ. ſuis, per dilectum filium Antonium Bladum Aſulanum, noſtrum, & Cameræ Apoſtolicæ Chalcographum, propediem imprimi facere, & in lucem ponere cupiat. Dubitetq́; tamen, ne poſtmodum huiuſmodi Opus (nõ minus iucundum, q̃ neceſſarium) præter ipſius Authoris mentem, qui laborem ſuſceptum, ad ſuum cõmodum & vtilitatem transferre cupit, ab aliquibus aliis Impreſſoribus (ſumpto inde exemplo) abſq́; eiuſdem Ambroſii licentia, imprimatur; vel ne, de romano ſermone, in vulgari forſan verſu, ſeu proſa, aut alias, traducatur, & dictis aliis Impreſſoribus, ad imprimendum tandem tradatur, quod in maximum dicti Ambroſii præiudicium tenderet. Nos propterea, ne alii, fructum ex laboribus ipſius Ambroſii reportent, & ipſe in caſſum, aut pro aliis laboraſſe videatur, ſed vt laborum ſuorum præmium, & honorem, vt decens eſt, conſequatur, prouidere, eidemq́; Ambroſio ſpecialem gratiam facere volẽ. Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia &c. eidem Ambroſio, ne Opus Faſtorũ prædictum, romano ſermone ſic deſcriptum, ſeu forſan vulgari verſu, ſeu proſa, poſtea traducendum, per Decem annos, poſt impreſſionem dictorum Operum, à quoquam, ſine ipſius Ambroſii expreſſa licentia, imprimere, aut imprimi, ac vendere, ſeu vendi facere, nullatenus poſſit aut valeat, concedimus & indulgemus; Inhibẽ. omnibus & ſingulis vtriuſq́; ſexus Chriſtifidelibus, vtq́;, tã in alma vrbe, q̃ in omnibus Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Villis, Caſtris, & locis, nobis, & Sanctæ Romañ. Eccleſiæ, mediate vel immediate ſubiectis exiſteñ. & præſertim librorum Impreſſoribus, & Bibliopolis, ſub excõmunicationis latæ ſententiæ, ac etiam Quingentorum Ducatorum auri, & inſuper amiſſionis librorum, pro vna, Cameræ Apoſtolicæ, & altera medietatibus, eidem Ambroſio applicañ. pœnis (totiens quotiens contrauentum fuerit) ipſo facto, & abſq́; alia declaratione incurreñ. ne dictum Opus Faſtorum, ſic (vt præmittitur) romano ſermone, ac verſu elegiaco deſcriptum, impreſſum ſeu imprimendum, & forſan poſtea vulgari verſu, ſeu proſa traduceñ. intra Decennium huiuſmodi, ab impreſſione dict. Oper. computandum, ſine eiuſdem Ambroſii expreſſa licentia, vel voluntate (dicto Decẽnio durante) imprimere ſeu imprimi facere vel vendere, ſeu venalia habere vel proponere audeant vel præſumant; Mandañ. venerabilibus Fratribus*

noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumq́ Vicariis in ſpiritualibus generalibus, & in ſtatu temporali S.R.E. etiam Legatis, & Vicelegatis ſedis Apoſtolicæ, ſeu eiuſdē Almæ Vrbis, ac Ciuitatum, Terrarum, Villarum, Oppidorum, Caſtrorum, & locorum prædictorum, ipſiuſq́ ſtatus Gubernatoribus, Poteſtatibus, & Iudicibus, ac eorum cuilibet; quatenus viſis præſentibus, & quotiens pro ipſius Ambroſii parte fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, eidem Ambroſio efficacis defenſionis præſidio aſſiſtētes; præſentes, ad omnem dicti Ambroſii requiſitionem, contra inobedientes & rebelles, per cenſuras eccleſiaſticas, etiam ſæpius aggrauando, & alia iuris remedia, auctoritate Apoſtolica exequātur, ac inuiolabiliter obſeruari faciant; Inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſecularis; Non obſtañ. quibuſuis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Vrbis, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum, Caſtrorum, & locorum prædictorum, ſtatutis, Priuilegiis quoq́ indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium quibuſuis conceſſis, quibus derogamus; cæteriſq́ contrariis quibuſcunq́. Et inſuper, quia difficile foret admodum præfatum Motum proprium, ad quælibet loca deferri; Volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, ipſius Trāſumptis vel exemplis, etiam in ipſo Opere impreſſis, ſeu ſi eidem Ambroſio videbitur, imprimeñ. plenam & eandem prorſus fidē, vbiq́, tam in iudicio, q̄ extra haberi, quæ præſenti originali haberetur, ſi foret exhibitus vel oſtenſus. Et ꝙ præſentis Motus proprii ſola Signatura ſufficiat, et vbiq́ fidē faciat in iudicio & extra, regula noſtra in contrariū forſan edita nō obſtañ.


Placet & ita mandamus. A.

Viſa Petrus Locumtenens.



Rhamnuſiæ vltricis ad
obtrectatorem
minæ.

Carmine victurus, hac viuit imagine vates.
De te, qui oblatras, conſule quid facies.
En tibi quæ poſſum præſens dare præmia ſpectas,
Sed vati obtrectas, vis ſcio ſupplicium.
Effugiam inquis, abi: tandem elinguabere captus,
Cum rota, cum pennæ, ſint mihi pro pedibus.



INVIDE NON TIBI SED POSTERIS,
MEO LABORE, MEIS
SVMPTIBVS.



Ad tres Principes, ſuperioris ac
trinæ Maieſtatis
Imaginem.

Vos tres, treſq; dei, Cœlum hos, vos continet orbis,
Hiq; duces ſuperum, voſq; duces hominum.
Vnus at hi trinus, trinus velut eſtis, & vnus,
Vtq; illi, hic geritis numen & imperium.
Sed ſex mi, & totidem, hi poli ab arce dedere libellos,
Hos ego do vobis, vos mihi quid dabitis?

AMBROSII NOVIDII FRACCI FERENTINATIS SACRO- RVM FASTORVM LIBER PRIMVS.



¶ In hoc menſe Ianuario Ianus bifrons fabuloſus, cum ſceptro, claue & naui, verificatur in Trinitate trifronte cum mundo pro ſceptro clauibus & naui: nam Ianus bifrons in nube pater & ſpiritus ſanctus erat: nato chriſto, addita eſt tertia frons: & orta eſt Trinitas. Tutela olim Iunonis: nunc Pauli ap.

TEMPORA *ſacra cano latium renouata per annum:*
Summaq; cum cauſis, imaq; ſigna ſuis.
Sancte pater, cuius nutu pia quæq; coluntur:
Accipe luſtratæ relligionis opus.
P *erq; altum da vela mihi ventumq; miniſtra:*
Aſſuetus Cymbæ tradere vela tuæ.
V *era hic ſacra leges, conceſſaq; munere diuum:*
Thureq; quo veniat quæq; colenda dies.
P *riſcaq; cognoſces, diſtent quid numina noſtris:*
Aucta ſit vt ſacri ritibus ara noui.

Propoſitio cũ dedicatiõe ad Paulũ tertiũ

Emendata oĩa et nõ mutata ſunt.

E mendata etiam, non & mutata videbis
Cætera: cum ſignis, quæ nouus annus habet.
S cilicet inſpicies prædicta patere figuris:
Menſibus & ſanctas nominis eſſe notas.
A dde quod & venies quoq; tu perſæpe legendus:
Inueniesq; ſacros, quos facis ipſe, dies.

Tertius ĩter Pe. & Pau. Ad Cæſaré qui enſẽPauli apoſt. pro eccl. habet.

E s tu etenim terris, deus eſt, quod in æthere nobis:
Cumq; ſedes diuus Tertius ipſe tuis.
¶ Tu quoq; tranquillo Cæſar me reſpice vultu:
Atq; tua è cœlo ſydera pande rati,
I nſpicies & tu tibi tradita feſta per aras:
Aequaq; cum ſancto munera patre feres.
H anc tu nam ſedem bello, pace ille parauit:
Tutaq; relligio eſt inter vtrumq; patrem.

Petri & Pauli ſimilitudo in Pont. et Cæſare.

P ræterea veſtra ſignantur imagine fratres:
Dum tu enſem, claues exerit ille ſuas.
V tq; duces illi rerum, patreſq; ſacrorum,
Sic patres, ſic vos eſtis vterq; duces,
A nnuite ergo mihi, laudes hic dicere veſtras:
Q uæ cano, cum diuis & date ſacra loqui.
S ic vobis, ducibuſq; ſacris, populoq; Q uirini,
Q ui ſurgit, felix præbeat annus iter.

Narratio ĩ qua annorũ priſcorũ ordinatio.

¶ Romulus Iliades cum iam noua regna teneret:
Menſibus in latio quinq; bis annus erat.
M ouerat hunc rerum ratio: tempuſq; fefellit:
Reppulit errorem temporis, arte Numa.
S cilicet hic ſpatio diſtantia tempora iunxit:
Addidit & menſes menſibus ipſe duos.
S ic quoq; non aptum peragebant ſæcula curſum:
Cæſaris hæc magni ni quoq; cura foret.

Illius officio celeri mora tradita ſoli:
 Annus & exactum nunc ſibi tempus habet.
Quoq; prius fuerant, procedunt ordine menſes:
 Nec ſeries illis obfuit vlla loci.
Venerat in terras æterni conditor anni:
 Vltima iam nugis cum foret orta dies.
Ritibus hic annus quo ſacris cultior eſſet:
 Menſi, quemq; ſecans, bis duo membra dedit.

Diuiſio menſiũ ĩ ſeptimanas, a chriſto.

Moreq; Moſiadum, ſpatijs poſtrema ſecutis,
 Sabbata de patria nomina voce dedit.
Hebdomadas Graij, nos ſeptima iure vocamus:
 Lux ſua quod curſu, ſeptima finit iter,
Siue quod alterius confinia ſuſcipit alter:
 Primaq; luciferis efficit hora notas.
Siue quod orbe ſuo numero repetuntur eodem
 Præteritiſq; dies ſigna duobus habent.

SATV.IV.MA.SO.VE.ME.LV.

Lucibus his cunctis ſunt numina priſca: manentq;
 Numinibus dicti, ſyderibuſq; dies.

Nomina deorũ veterũ diebus ĩpoſita.

Aſt octaua biceps, dum facta recenſet vtrinq;:
 (De domino victrix quæ ſibi nomen habet)
Sabbata conſpicuo ſecum pulcherrima curru
 Inuehit: & niueis alta triumphat equis.

Dies dominicus.

Attamen, inſpicitis ſi tradita iura diebus:
 Ara nec vna illis menſa nec vna datur

Ciborũ & feſtorũ varietas.

Cætera conueniunt: & ſunt ſimulachra priorum:
 Peneq; nunc facies, quæ fuit ante, manet.
Nanq; profeſtus erit: per quem non iura ſilentur:
 Feſtus erit: per quem ſacra decebit agi.
Nec tamen officio ſic toto tempore perſtent:
 Hic qui feſtus erat mane: profeſtus erit.

Idẽ vſus nobis de faſtis & nefaſtis mutatis nõibus.

E ſt quoq; qui patres includit: veſpere quiq;
Sanctus: & octauo qui terit orbe forum.
Q ui rogat: aut vigilat: qui feſta ſecunda reducit:
Annua qui p refert debita thura rogis.
¶ Victima quodq; cadat deus his, ſunt feriæ & illis
Nomina: quæ imponi ſuſtinuere ſenes.

Tutelæ Cal. Nonarũ & Iduũ ſanctiores.

V endicat alma parens, Iuno quas ante, calendas:
Aligeri nonas efficiuntq; ſuas.
E t Ioue depulſo trinus deus accipit idus:
Tutelaſq; nonas ſanctior annus habet.

Dies atri olim nũc ægyptiaci.

Q ui ſubit hos: atrum dixit, ſenſitq; vetuſtas:
Nomen ab Aegyptio qui modo notus habet.
¶ Ecce ſed ipſe cano dum tot ſurgentia faſtis:
Exoritur nobis, qui fuit annus auis.
S ic ſed vt à ſacro nunc pendeat ille Decembri:
Riteq; principium debeat inde ſuis.
L æta dies orta eſt: ſonat æs: tonat ardua moles:
Feliceſq; frequens ſuſcitat ara focos.
O re fauete omnes: lætis bona verba calendis
Dicite: in alterna fœmina, virq; prece.

Preces ĩ prĩcipio et omina a vulgo ſeruãtur.

L uce bona bonus annus eat: ſic dicere priſcis
In Iani prima mos erat ante die.
T riſtia nec ſibi mens, nec triſtia ſentiat auris:
Omina ne vulgus rebus ineſſe putet.
D icta inſint verbis felicia & aurea primis:
Aureus, & felix, totus vt annus eat.

Põpa in vtraq; curia eodẽ tempore.

S ed iam culta ſuos ſubit vtraq; curia colles:
Hæcq; patris faciem, Cæſaris illa gerit.
A ltera more patrum Capitolia celſa frequentat:
In vaticano eſt altera feſta iugo.

A lare tarpeio populo plaudente ſenator
Exit: proq; nouis faſcibus haſta præit.
A ccipiunt populum ſub odoris limina flammis:
Proxima quæ cœli, celſaq;, templa tenent.
Q uaq; rudes operum præbebant colla iuuenci:
Hoſtia communes accipit alma preces.
I tur: & heſterni lectis ineuntur honores:
Atq; ſuum ſequitur per fora quiſq; ducem
M artia ſigniferos iam ſpectat Roma tribunos:
Sceptraq; de ſummo tradita mane loco.
S enſit ebur pondus: vix tota ſtatur in arce:
Treſq; ſedent: dicunt qui tria verba: viri.
A ccipiunt monitus patrio de more vocati:
Riteq; ſolenni proſpera verba die.
¶ Interea, æternus quia cœli limina ſeruas:
Ad ſuperoſq; aditum tu mihi primus habes.
T rine parens rerum, Ianum qui deniq; formis
Antiquum vt ſuperes, nunc tria colla geris.
Q uod ſacra cum cauſis paro dicere vera per annum:
Signaq;, iam cœlo reddita certa tuo.
E ſt homini ſi fas voces audire deorum:
Vatibus vt caſtis ante fuiſſe putant.
I pſe refer: Ianus, de quo ſunt nomina menſi:
Vnde biceps (lateat cum deus ille ſuos)
Q uiſue ſit: atq; tibi cur eſt nunc forma triformis:
Q uam modo nos templo cernimus eſſe tuo.
A dde ſimul triplicem cur non coluere priores:
Credibile eſt veterum te prius eſſe deis.
H oc ego ſic ſumpta dicebam forte tabella:
Vndiq; quum fundi lumine viſa domus.

Tribuni & reli- qui ma- giſtra[illegible] honorem ineunt.

Oratio habetur īter eos.

Deus trinus pulſo Iano qui eius erat figura.

Aduenientе deo, ſenſi loca iuncta moueri:
  Viſus & eſt oculis ora referre meis.
Non tamen hunc vidi (procul hinc mendacia vatum)
  Flamma ſed in tota creuerat ipſa domo.
Protinus extimui, atq; metu riguere capilli:
  Excidit & digitis ſumpta tabella meis.
Tunc velut ex alto tandem mihi reddita vox eſt:
  Hoſq; deo viſa eſt ferre latente ſonos.
Pone metum vates, melioris conditor anni:
  Dictaq; percipias, me referente, mea.
Condere quod ſacros voluiſti carmine faſtos:
  Primus & ad cauſas ora referre nouas.
Fas fuit, vt poſſes me nunc audire loquentem:
  Sæpe quod & patribus contigit ante tuis.
Ante Chaos cum ſim: nec me rudis illa vetuſtas
  Noſceret: ad fictos rettulit acta deos.
Principe me vaſto ſunt hæc data corpora mundo:
  Cum mare, cum tellus, ſydera, maſſa forent.
Quodq; duos vultus rerum fert forma mearum:
  Ancipitem finxit rebus ineſſe deum.
Præterea expulſæ per me ceſſere tenebræ:
  Solq; die currus, lunaq; nocte tulit.
Ire redire ſolent, aperire & claudere cœlum,
  Solis equi: inde poli ianitor ille fuit.
Sic ea, quæ longi ſibi ſumpſit temporis acta:
  Omnia iam ſenis noſtra diebus erant.
Iain erat nobis cognomine, nomine Noes:
  Vir prudens, idem fortis ad arma tamen.
Iuerat humanum genus in noua crimina: quum iam
  Aetheris indomitas mittere cogor aquas.

Trinitas auditur & creditur.

Deus nõ Ianus chaos rerũ principium diuiſit.

Ianus vñ biceps.

Vnde ianitor.

Ianus a Iain Nois.

Condere præcipio viuentum ſemina ligno: *cognomine dictus*
Haud mora: præceptis paruit ille meis.
Summa natant orbis: referens animalia puppi,
Deucalioneas, me duce, fugit aquas.
Cogitur eiectus diuerſas quærere terras:
Cumq; ſuis varias carpere in orbe vias.
Hinc te Roma petit (ſed nondum Roma manebas) *Noes añ Romã cõditã ianiculũ tenuit.*
Hetruſcumq; iugum Tybris ab amne ſubit.
Sic nomen fecere deo: velutiq; vocatus
Iainus à Iain, Ianus in vrbe fuit.
Arx erat huic collis: diſceſſerat: acta minores
Dant illi: collem ianiculumq; vocant.
Vidi ego vt ambages: mihi nec mea facta referri:
Vnigena clauſi ſæcula priſca nouis,
Quodq; homini tandem meus hæſit ab æthere vultus: *Trinus deus in obſcuro olim velut in figura.*
Eſt mihi pro vero reddita forma triceps.
Quod triplicem dubitas me non coluiſſe priores,
Falleris: ignari rem tetigere meam.
Qui meus eſt titulus: fulmen dixere triſulcum:
Tergeminamq; Hecaten: tergeminumq; canem.
Tresq; deas parcas: tres Gorgonas: adde Tridentem:
Quæq; erat Alcidæ: claua trinodis erat.
Heſperides totidem: totidem cum partibus orbis:
Tres charites: ſtygij nomina terna fori.
Hæc & plura quidem coluit ſub nube vetuſtas:
Dum naſci ignorat virgine poſſe deum.
Nunc: quæ obſcura fuit ratio: patet omnibus: & iam
Eruta de monſtris eſt mea forma mihi. *Trinus deus tres orbis partes aſpicit.*
Oraq;, quas domui, tres aſpicientia partes:
In loca non moto vertice terna fero.

D ixerat: hinc grates egi: pulſoq; timore,
Illius his abſens verba ſecutus eram.
O mnia cum pateant: fare ò diuina poteſtas:
Vnde deo fuerat clauis, & vnde ratis.
P ræfuerat cœlo: partem ſpectabat vtranq;:
Pax, & bella illi, formaq; in ære biceps.
F inieram: dixit: rerum fuit ille figura:
Ceu Noes, clauis cui ratis ante fuit.
N anq; prius natus quam corpora veſtra ſubiret:
Omnia conſilio delituere meo.
A ſt vbi iam terris cœlo deus iſſus ab alto eſt:
Vnus & è vobis ambulat orbe deus.
Q uæ mihi tunc menti fuerant inſignia regni:
Huic tribui clauem, ſydereamq; ratem.
N auta fuit Noes: ſit Petrus nauita dixit:
Cum rate dat claues, imperiumq; ſeni,
I lle dedit multis: multiſq; dabuntur ab illis:
Perq; ſacras ibunt munera noſtra manus.
P ræſidet hic foribus cœli: & qui venit ab illo:
Iuraq; vertendi cardinis omnis habet.
C lauſa aperit (nato ſic viſum) claudit aperta:
Fratreq; cum gemino non minus ora gerit.
S anctior & Iano, Noe & præſtantior ipſo:
Nunc ſibi fert claues & regit ille ratem.
C olleq; de Iani, cœli dum Ianitor adſtat:
Eoaſq; domos, heſperiaſq; videt.
S cilicet & portis, quas ſanctas dicitis: ille
Tempore dat pacem, bellaq; iuſta gerit.
F ratreq; cum magno proprio ſignatur in ære.
Sintq; velut triplex: cum patris ore micant.

Clauis Iani in fig. Clauiũ eccleſiæ fuit.

Pax & bellũ in manu põtificum.

D e rate quò diſcas melius: licet ære vel auro
Nota ſit: ante fores cernitur acta noto.
D eſierat vocem dicentis voce ſequebar:
Ius ego condiſcens temporis omne mei.
C ognita de Iano mihi ſunt: vetus incboat annus:
An ſatis has partes ipſe December agit?
V t mihi ſunt, dixit: confuſæ ſigna figuræ:
Sic confuſa anni non minus ora vides.
P rimus enim meus eſt: in verbo virginis alter:
Tertius eſt nati, ſed pariente dea.
T res licet & maneant: tres hi dicuntur & vnus:
Naturamq; mei numinis inde tenent.
H iq; nouam ſignant, veterem meus iſte figuram:
Q uæ quia præcedit: tempora prima peto.
H æc quoq; prima peto: rerum quia prima creaui:
Primus & ad leges ianua prima fui.
M e quoq; præponit chorus: & mea gloria prima eſt:
Carmine quum extremo nomina terna ſonant.
S i tuus & nati nobis confunditur annus:
Principium ſacri cui dabit ara ſui?
S ic ego: quum dixit: naſcentis ducitur ara
Huc mihi: vt occurram ſic pater, ille patri.
A' me nam veniens in natum deſinit annus:
Surgit & à nato: ſacraq; gyrus habet.
O cto inde & nobis (ceu ſaturnalia) luces
Dant per templa aris munera, perq; domos.
H inc quæ vni dabitis: pariter ſunt ſacra duobus:
Araq; ſeiunctum non ſibi munus habet.
I ngrediens Ianus res commendabat agendo:
Q ui tuus eſt, dixi: num quoq; cogit idem?

Petrus et Pa. et pō tifex, & nauis in monetis ſignātur.

Annus triceps ē nō ſecus ac deus.

Ianuarius deo trino ſacer.

Ianuarius Decēbri occurrit.

Annus li batur, a chriſtianis in ſacris tantum.

Ne ſit iners rebus tunc priſci temporis annus:
Res ſibi libabant hac, ait: ille die.
Ne tuus annus iners tibi ſit: tu ſacra frequentes:
Inde ſit auſpicium rebus vt omne tuis.
Luce quoq; hac, dixi: præbebant vocibus aures:
Dicimus hac num nos hinc bona verba die?
Præbebant aures veteres tunc vocibus inquit:
Præſentes quoniam non habuere deos.
At quia nunc coram tibi cœli cernitur author:
Ominibus pondus præbeat ille tuis.

Tibicines, pro ſtrena.

Finis erat dicti: dicto quum protinus addo:
Quid tuba, quid carmen, poſtulat ante fores?
Hæc, ait: ob natum gratari ſorte ſolebant:
Gaudia præuertens nunc ſibi nummus habet.
Carmina cantantur: cantatis æra petuntur:
Sim tuba, ſim Cytharæ, ſim tibi carmen ego.

Dulcia cũ ſtipe inſtaurátur.

Dulcia palma dabat, cum palma carica priſcis:
Nos quoq; cum trita cur nuce mella damus?
Præterea, tempus hæc cum natale requirat:
Cum non naſcaris: cur ſtipis æra petis?
An veluti priſcis nos præcipis acta referre?
Omen vt æra ferant: dulcis vt annus eat?
Naſcitur ante mihi: legi nunc naſcitur inquit:
Eſtq; ea natalis vtraq; dicta dies.

Dies natalis & octaua eadẽ.

Dulces ære dato ſic inſtauratis honores:
Nec minus hac, illa munera luce placent.
Cætera ne quæras: proprio tibi plenius anno
Ille canet: ſtabit quum puer ante pecus.
Tunc ego: cur non eſt pariter communis & ædis?
Eſt honor, eſt eadem ſi focus ara tribus?

E ſt laterana meo: madet illic ara cruore:
Quem puer octaua fuderat ille die.
P incia tecta manent, hortorum proxima colli:
Elyſij titulum qui tribus vrbe facit.
H inc vaticanum, non moto pectore, tectum:
Cœliolum cerno: Ianiculumq; ſimul.
D ixerat: & ſi quid iam quærere forte volebam:
Poſce ait: hinc certa nam tibi voce dabo.
T unc ego ſic: verbo pater ò qui cuncta creaſti:
Rex, Pater, & Cæſar, tres tua regna tenent.
A ethere tres vnus vos ſydera pace tenetis:
Da rogo: pace hi tres inferiora regant.
H æc ego: quum ſubito nutu tremefecit Olympum:
Terq; tonans micuit: ter tonuitq; micans.
C umq; ſono in liquidum ſe ſuſtulit æthera nubes:
Igneaq; à tergo viſa columna ſequi.
P ax & erat: Pauli munus: quæſita per orbem
Hoc duce per terras ambulat illa ſuas.
D i ſeruate igitur Patrem & cum Cæſare Regem:
Qui terram, vt cœlum trinus & vnus, habent.
N ate paterq; etiam ſancto cum flamine, nobis
Vnum qui facitis, tergeminũq;, deum.
V t tribus annuitis iam in pace regentibus orbem:
Annuite huic operi, carminibuſq; meis.
¶ Interea ad ſacrum teneræ properate puellæ:
Annus vt à vobis incipiendus eat.
I te: ſed intacta velentur corpora veſte:
Hac decet in primis vos nituiſſe die.
P ura placent ſuperis: lætatur virgine virgo:
Tendite iam caſtas vt facit illa, manus.

In laterano ẽ pellis circũciſionis. Paradiſus dicitur hortus conſitus.

Põtifex, Cæſar & Rex, trinitatis imago.

Pax, a Pau. iii. pacatis principibus.

Circũciſio dñi feſtũ in ara cœli

T rans Tyberim fuerat: nunc in Capitolia ducit
Ara: trahat molles ne via longa pedes.
L ecta deo ſedes fuit hæc natalibus horis:
Et titulum partus, & parientis habet.
M agna Iouem quondam ſpectauit Creta ſub antro:
Sancta ſub hoc ſacro marmore Roma videt.
V eiouis excelſo fuit hoc quod vertice templum:
Vertice in hoc noſter vedeus illud habet.
N ec tribuere Ioui ſua fulmina: fulmina paruus
Hic nec habet: dextram cernite: inermis erit.
E ſt tamen in fœno: circumq; tuetur ouile:
Ducat vt hinc placidas ſignifer agnus oues.
I uncta ſeni puerum miratur virgo marito:
Non ſecus ad cunas quam ſtupet ille nouas.
S ed iacet, vt Cybeles ſaxo puer, ipſe ſecandus:
Virgo ſed hæc Cybele eſt: ſed deus ipſe puer.
A nte deos populis placabant farra per aras:
Additaq; his puri lucida mica ſalis.
N ullus erat culter qui aperiret viſcera tauri:
Primitiæ frugum victima pinguis erant.
A ſt vbi plus libo placuerunt exta iuuenci:
Ad ſacra numinibus hoſtia cuiq; fuit.
V entum erat ex illis humana ad viſcera cultris:
Non intellectus dum petit exta deus.
I ſacus hinc nudus genitoris palluit enſe:
Palluit & gladijs Iphigenia patris.
S olueret vt tenebras: de ſummo venit Olympo,
Verus mente deus, corpore verus homo.
H ic vbi ſublimi patefecit in arbore corpus:
Hac quoq; qui ſenſit vulnera prima die.

Templũ parui Iouis in figu. chriſti pueri

Atys in figu. chriſti et Cybele virginis.

Iſacus ĩ figu. chriſti fuit.

O mnibus è ligno ſacrum monſtrauit & aram:
Sanguineq; à pecudum far redit ante deos.
E x authore ſuo retinent libamina nomen:
Farraq; ſunt corpus, ſanguis & vnda merum.
I nq; dei noſtri viuunt formata figuram:
Q uodq; domant hoſtes: hoſtia nomen habent.
L uce ſed hac nobis hæc luxit gratia primum:
A`q; ſalutifero ſanguine prima madet.
V nde ſed hic mos eſt genitalia ſumma ſecandi:
Et cur ſit lux hoc nomine dicta canam.
D um putat Abramus genus vnde agnoſcere poſſit:
(Auctus enim nato ſederat ille ſuo)
I deus, huic dixit: ſaxo lanietur acuto
Pellis: ab octauo quum redit orbe dies.
D ixerat: admonitus pater intellexit: & inquit:
Fallor: an hæc pellis ſunt mihi ſigna maris?
S ic erat: aurata prodit cum veſte ſacerdos:
Atq; tenens pueri mollia ſigna, refert.
Q ua nocet Adamus, meus hic hac parte ſecetur:
Pars eadem vt populis vulnus, opemq; ferat.
H æc dicebat: onus ſaxo quum pellis ademit:
Nomen, & exemplum gentibus inde dedit.
P erſtat adhuc illis vetus hic mos: pulſus ab vndis
Eſt tamen & noſtris res aliena ſacris.
H inc, hac luce deus quod circumciditur infans:
Lucifer antiqui nomina moris habet.
S ed data certa nota eſt: totiq; ſalutifer orbi
Dicitur: & titulum littera graia facit.
P rocidat omne genu: mare, tellus, ſydera, venti:
Pendet ab augurio nominis orta ſalus.

Miſſa a Miſſia vel miſſa hoſtia.

Circũciſionis origo ab Abramo.

Bis genito deo bis honores tribuuntur.

I nſtaurate dapes: ſacrum bis tradidit ara:
Natus enim legi eſt: natus & ante patri.
B is ſue læta dies cæſa eſt: bis Curia donis:
Bis cum melle ſtipem turba propinqua petit.
H oc deus ipſe probat: hoc vſus præcipit anni:
Hoc & amat ritus: ſacraq; noſtra iubent.

Ortus et occaſus ſyderum additur ſacris.

¶ Addere conſilium, ſacris ſua ſydera rebus:
Q uæq; cadant cœlo: quæq; oriantur, erat.
S ed par ille deo eſt: oculis qui ſubijcit aſtra:
Q uiq; poteſt pura ſydera mente loqui.
C um ſuperis noſtrum mutauit ſydera cœlum:
Diuerſumq; ferunt lapſaq;, & orta locum.

Puer Chriſtus ſtella cognitus.

P ande vias cœli, cœlo puer edite: voſq;
Eſt quibus ætherias ſcandere cura domos.
A etheraq; ingenio (ſi fas) ſupponite noſtro:
Ponimus ad certos dum noua ſigna dies.

Præſepe veſpere exoritur

P aſtor oues igitur ſeptis vbi luce ſequenti
Clauſerit: & fuſco venerit heſper equo.
S i quis ab his terris cœlo ſua lumina tollet:
Et volet humanis altius ire locis.
I d quod heri in templo, de templo cernet in aſtris:
Præſepe in prima nocte nitere face.
C reuerat ipſe humili magnus deus ortus in antro:
Ceſſerat & noſtro Creta ſuperba Ioui.
S tramine quum immenſus ſurgens ante ora ſuorum:
Amplectenſq; ſuæ colla parentis ait.
H æc mihi pro cunis iam ſint: in quo ipſe iacebam:
Tu præſepe poli ſydera ſume mei.

Fœnum præſepis

H actenus: & iecit patrio cunabula cœlo:
Forma ſubit ſtellas: cætera terra tenet.

Vtq; forent tanti monumenta perennia facti:
Qua rubet his Cancer: ſigna locumq; dedit.

in reliquiis.

¶ Sed cur aſtra ſuo properant decedere cœlo?
Et citius ſolito lucifer vrget equos?
Addita bis ſenis lux eſt natalis ab ara:
Nominaq; inſpecto ſydere graia refert.

Epiphania dñi variis de cauſis dicta.

An quia non fulſit ſydus, ſed ſyderis author?
Effulgentis habet numinis illa notam?
Pars negat hoc: idem ſed quod ſit viſus in antro:
Credidit à viſo nomen habere diem.
Feſtum & paſcha vocant: non & ſtata feſta ſacerdos
Mane ſacro indicit: cunctaq; ſpargit aqua.

Feſta mobilia ĩdicuntur.

Mirificãq; alij dicunt: plebs nomine regum:
Inq; ſuum vertit tempora clara forum.
Omnibus è cauſis, ne certior erret origo:
Iudicio vera eſt prima reperta meo.
Vera ſit illa licet: cur huic dare nomina reges
Plebs putat: alternis dic mea muſa modis.

Epiphania à vulgo feſtũ regum dicitur.

Ergo dei ſydus nabatheo illuxerat orbi:
Vnus de ducibus quum properemus ait.
Attolluntur equis: arabes linquuntur & indi:
Quiq; bibunt Gangen: & freta rubra ſecant.

Magi viſa ſtella eunt ad præſepe.

Quam cito di ſuperi, Solymarum mœnia tangunt:
Quam cito ad Herodem fert noua fama metum.
Iam loca contigerant: ſuppreſſit lumina ſydus:
Antrum adeunt: antri pro fore nullus erat.
Vidit vt hos virgo: petimur conterita dixit
Sancte ſenex: fœno conuoluitq; deum.
Vt venere duces (quod adhuc ſeruatur ad aram)
Ante deum poſito procubuere genu.

Magi deo dant dona & mirãtur ĩ loco ita humili eſſe.

T unc deus inſpecto riſit pueriliter auro:
Extenſa donum continuitq; manu,
F it mora: mirantur numen tam paupere tecto:
Tamq; ferè nuda ponere corpus humo.
H erba torum dederat: fuerant cui ſydera lectus:
Cuiq; caſa anguſta eſt: huic domus ante polus.
D iſcite magnanimi ſublimia temnere reges:
Pluribus ad ſuperos hæc via fecit iter.
Magi nõ reges. H æc aliquis dixit: regeſq; hos credidit idem:
A quibus hanc dictam plebs putat eſſe diem.
Regnorũ ĩ cõuiuiis origo. S ed cur regna vocant: cum ſint conuiuia: dicam:
Q uid clamor, quid fax, quid chorus ipſe petat.
N ox erat: admonitu forte illis mota diebus,
Ante dei ſtabat ruſtica turba caſam.
C onuenere duces, paſtoraliſq; iuuentus:
Bruma erat: imponunt grandia ligna foco.
S tabat adhuc tenero veſtitum gramine pratum:
Feſta parant: feſtis expediuntq; dapes.
P rima duces retinent loca vincti tempora lauro:
Diſcumbuntq; alij: qua facit herba torum.
V ina dabant famuli: laudabant vina bibentes:
Finis erat: choreas implicuere rudes,
P arſq; facem geſtat: pars velat cortice vultum:
Placẽtæ venales ĩ vigilia ad creandos reges. Parſq; canit ſtipula: certaq; verba refert.
F orma manet facti: reges imitentur vt ipſos:
Conueniunt: feſtos inſtituuntq; dies.
N octe coronatis quæ heſterna clauſa placentis:
Reges ſa bæ dicti, a faba reperta in placẽtis. Venditur: vncta croco culta Popina tuo:
S ors datur: illa faba eſt fructis inuenta: iocoſum
Vnde ſolet nomen regibus eſſe nouis.

Lectus

L ectus erit: parat ille ſuo conuiuia ſumptu:
Sæpeq; collata ſunt ea grata ſtipe.
P ocula præbentur: prorumpit in æthera clamor:
Rex & io ingeminant: rex tamen ipſe bibit,
O cia ſunt epulis: exercent nocte choreas:
Atq; prometheam ſydus in orbe facem.
O ra tegunt: & quæ creuerunt temporis vſu:
Scenaq; dat ludos: donaq; Mimus habet.
Q uodq; putant regum quondam ſub nomine factas:
Has epulas regum nomine regna vocant.
A dq; atras luces ſolitum hæc producere vulgus:
Ociaq; exactis ſæpius annus habet.
A dijciam ſortes: & cur hac ſorte putemus
Nocte loqui pecudes: ſomnia vera dari.
T empus, vina, iocus, laſſarant corpora: quum ſic
Regibus è turba forſitan vnus ait.
D icite ſignorum quæſo cœliq; periti:
Huc quoq; vos quando ſtella venire iubet.
N um ſors cuiq; manet? deus hic num ſubiacet illi?
Hocq; anno nobis nunquid ouile dabit?
S tella quidem ſors eſt: ex illis rettulit vnus:
Cuiq; manet: regnum pluribus illa dedit.
H oc dabit & puero: qui ſiſtet ouilia patrum:
Maximus & magno pro grege paſtor erit,
D ixerat: & coram pictum locat inde libellum:
In quo plebs ſimili nunc ſua vota iacit.
R iſit turba notas: laurumq; oleamq; petiuit:
His & ait fatum nos quoq; ſæpe damus.
P hœbus amat laurum: prædicit carmine Phœbus:
Docta Minerua: virens huius oliua fuit.

Ludus fa culæ a facula Prome thei & ſtella re gum.

Quid ſit ſors i feſto Epi pha.

Liber ſor tis vnde

Vix ea: quum ſrondes crepitantes iecit in ignem:
Vulgus adhuc ſortes vnde referre ſolet.

Aīalia credita loqui ea nocte.

Hinc equus inde greges tunc ad præſepe iacebant:
Quum pecus humana voce locuta refert.
Cedite: non frondes, non fatum, talus, & ars, hæc
Sed deus iſte puer, ſed dea mater habet.
Dicta probant: contra quod ſunt iumenta locuta:
Credimus in dominos hac quoq; nocte loqui.
Abſcedunt ſomno moniti, verſaq; figura:
Scilicet Herodes decipiendus erat.
Nocte quod hic ſomnus non illos mane fefellit:
Vulgus mane dari ſomnia vera putat.
Sunt quoq; nunc plebi: ſi vos prouerbia tangunt:
Nati Epiphania feſta abiere via.

Sol ĩ Aquario Noes in figura olim ante deucalionem.

Quartus at hinc oriens vbi luce retexerit orbem:
Accipiet Noes pro Ganymede locum.
Aut puer ideus ſi dedignabitur illi
Cedere: cum nectar miſceat ipſe Ioui,
Quod fuit humani generis reparator in vndis:
Cum phœbo, pulſo Deucalione, micet.

Dimidiũ cancri oritur.

¶ Indeq; ter dederit quum prima crepuſcula Titan:
Dimidia Cancer parte videndus erit.

Media hyems Antonio abbati.

¶ Altera ab hac veniens hyemi diſcrimina ponit:
Aequaq; quæ abſceſſit: quæq; ſequetur erit.
¶ At quarta è cœlo quum lumina tollet Eous:
Deteget & terras: decutietq; gelu.
Pandet in exquilijs vigilata nocte ſuburram
Ignifer: & ſtabit cum ſue flamma ſuo.
Fax & equus ſua templa petent: comes ibit aſellus:
Fit via iumentis: dum ſua dona ferunt.

F lamma quid ergo refer poſcit: quid munus equorum:
Sancte ſenex: ritus admoneaſq; tui,
H æc ego: demiſſo quum protulit ora cucullo:
Atq; ait extenſa talia verba manu.
R iſerat hunc Balaeus (dicens oſtenderat ignem)
Eſt mihi qui ſtygio factus ab hoſte meus. Ignis. S. Anto. a dæmone.
I nq; ſacerdotes tulerat ferus agmina noſtros:
Preſſit equum: preſſum terruit ignis equum.
L abitur: in lapſum rabidus tulit ora iugalis:
Calcibus & morſu dilaniauit herum.
Q ualis vbi Hippolytus furijs diſtractus equorum:
Aut qui threicijs eſca feruntur equis.
A uxerat hoc aram: caſum ſibi quiſq; timebat:
Fax & eques veniunt: geſtat aſellus onus, Quadrupedes dōa ferunt.
Q uadrupedumq; datur demum mihi cura ferarum:
Et quoſcunq; vides nunc dare munus equos.
D ixerat: accenſam grunnit quum porcus ad aram: Porcus Antonii pro aīali bus ſignum.
Poſtulo: ait noſtras hic docet eſſe feras.
I ſte ſed eſt mutilus: collo tua concutit æra:
Noſcere quo poſſis: ne noceatur, ait.
A eſq; meum geſtat: baculo quod cernis in iſto:
Q uodq; rogans æger, collaq; multa gerunt.
D eſierat: ſummo quum quid nam poſte rogaui
De ferro ſoleæ crura ue ſecta, volunt.
F erro vota notat quadrupes: ſed crura furoris
Poſtibus hæc pendent admonitura mei. Crura ſuper poſtes et ſoleæ ferreæ foribus affixæ.
F œmina, virq;, tibi quare, quum furta queruntur:
Tollunt ante tui numinis ora facem?
F œmina, virq;, mihi facit hoc: ſubrepta neganti
Prouocet vt flammas ignis ab igne meas.

Me quoq; coguntur fures in verba vocare:
Et ſacra tangentes numen adire meum.

Peierantes ſacro igne puniuntur.

Vera negant: iurant: odit periuria flamma:
Iraq; virus habet ſæpius inde mea.
Dixerat: ante focum ceu nudos ſtare lupercos
Quum video: cauſam rettulit ille mihi.
Sub Ioue ſic nudus toleraui frigus & imbres:
Cernere quæq; tuli corpora nuda placet.

Nudi eũt ad arã.

Hæc mihi: velabant ardentia lumina ſacrum:
Cur rogo: placatur ignis ab igne refert.

Cãdelæ accẽſæ.

Proſpicio: ſtabat depictus ad arcta viarum:
Quæro: cum igne locos vt venereris ait.
Oua ferebat anus: perſona ſonabat ad aram:

Hac die interdũ perſonati icipiũt.

Det cauſam vulgus: det tibi dixit anus.
Hactenus: & ſolium preſſit ſublimis aceruum:
Stabat & ante pedes multa tabella ſeni.
Dona ferebat eques: capiebat dona miniſter:
Dumq; capit: capta pro face ſpargit aquam.
Turbaq; fit tecto: tota clamatur in ara,
Cum daret hoc epulas: cum daret illa preces.

Epulum publicũ i eius ædibus.

Ergo pater dixi: tecum ſit cura tuorum:
In parthoſq; ignes, & tua tela iace.

Pueri ſãcti ſpũs eũt a l ſudarium.

¶ Vaticana tui pueri ſacra templa ſubibant
Saxia: erat domini prima quod orta dies.
¶ Iturum erat huc: ſacræ coram ſonuere ſagittæ:
Lucifer & pleno tempore quartus erat.

Fabiano & Seba.

Tunc ego: cui referam ſacrum ſocio, ne tibi, ne:
Ex adytis inquis quum Fabiane mihi.
Quod referes vni: referes ſtudioſe duobus:
Nomine quum ſimus: non ſumus igne duo.

Adſis ergo mihi dixi: qui ſpicula torques:
  Qua via, qua porta eſt, nomine dicta tuo.
Nude quid expectas: nudus ſtat diuus ad aram:
  Nudus obit: nudus corpora nuda petit.
Iueris: hac factas venereris nocte ſagittas:
  Durus et articulos annulus orbe iuuet.

Nudieũt ad aram annuli et ſagittæ fiunt

Senſerat hic vulnus: quod vulnus ſenſerat aufert:
  Atq; dat his dictis auſonis ora fidem.
Neglectus ſua tela capit: prece ſumpta recondit:
  Qua fuerit pictus, ſi ſapis ille, caue.
Sed ſatis hæc: maias reuocat quum belliger aras:
  Tunc mihi tunc magna voce ſonandus erit.

Agneti: via Nomẽtana.

¶ Nomentana vocat: ſilet appia: poſtera lux eſt:
  Ireq; ſuccinctas aſpicit illa nurus.
Diua faue: niueo cui factum nomen ab agno:
  Muſa mea eſt ſacri ſi ſtudioſa tui.
Si tua deduxi mecum qui ſacra viderent:
  Et ſi deductis non via longa fuit.
Ecce coronato ſed victima fertur aſello:
  Ore fauete: agni ſunt tamen illa duo.
Ponitur ante focos: connubia læta puellæ
  Poſcite: bis nupſit nam pia virgo deo.
Quoſq; tulit longos orate ad colla capillos:
  Repperit vnde ſibi ſæpe puella virum.
Sed iam ſpargit aquam: iam concinit ore ſacerdos:
  Subſecat & vellus: poſcere cuiq; licet.
Par erit hoc ceræ: fuerit qua corpore tonſum:
  Corpore id hac noſtro ferre putatur opem.
Ante ſuum reges cingebant vellere pectus:
  Pantheræ Euander: Romulus ipſe lupæ.

Lana agnorum ſicut Agnus dei ex cera petitur.

Mos venit ad patres: agni de vellere torquis
Alba fit: at virgo pectine denſat opus.
Inſuitur lino ſolenni faſcia plumbo:
Sacraq; fit munus patribus inde nouis.
Ante tamen buſtis fratrum requieſcit ad aram:
Sanctaq; fit tactis oſſibus, aucta prece.
Hinc viuum comitatur herum: nec morte relinquit:
Cui quod geſta palam, pallia nomen habet.
Pontificis fieri capitis quoq; tegmina credunt:
Lanigeri vnde docet ſe gregis eſſe ducem.
Pellitoſq; ſui proceres circum aſpicit agni:
Hi pro quo ſimiles in ſtatione manent.
Teſte natatoris populo data dona ſed aræ:
Quoq; modo venit: victima bina redit.
Dumq; tamen redeunt: populo velluntur eundo:
Et pietas illis & via longa nocet.
Aut breuis: aut dempta eſt his lana: feruntur ouili:
Creſcat vt hæc: placidas inter aguntur oues.
Antiquiq; memor moris comendat euntes
Paſtor: & Agnetem nunc colit: ante Palem.
Qua patri eſt Baccho: tibi qua Conſtantia templum
Interea recreant corpora feſſa nurus.
Parſq; fabas poſcit: violas pars nacta: lacertas
Dum pauet: approperant tempora veris ait.
Si qua parens facta eſt: natos imponit aſello,
Non ſecus ac agnos pertulit ille modo.
Perq; viam vectis longam ientacula præbet:
Hæc & ait vobis cras quoq; fiet idem.
¶ Poſtera lux aderit, ſacris operata duobus:
Quum complexa ſuos læta reſumit iter.

Pallia pro nouis Sacerdotibus ex lana agnorum. Pallia ſuper oſſa p. & p. ponũtur.

Agni à S. Ioãne mittũtur Agneti.

Fabæ dãtur ĩ ſportulam.

Vincen. & Anaſtaſio.

E t nomentana dudum laſſata: ſubibit
Q ua titulus portæ eſt: qua tibi Paule viæ.
¶N ox vbi quarta ſuo diffundet ſydera cœlo
Anguis ab enſifero pulla venena feret.
V t perhibent: illa nam ponit nocte veternum:
Et capit à triſti gramine paſtus opes,
Z ona refert anguem: nulli ſit proxima lecto:
Q uam procul eſt illo: tam procul anguis erit.
I lle torum primi violauit dente parentis:
Secubet hac coniux nocte pudica viro.
¶M enſis ab extremo lux ſeptima fulminat enſe:
Et ducis à verſo pectore nomen habet.
E ſt ſed clara dies: auidi gaudete coloni:
Q ualibet hic vobis fertilis annus erit.
B ella gerunt venti: gaudebit ſanguine Mauors:
Nubila ſunt: aderit cum lue dira fames.
N e quis vana putet: ſeruauit ſigna vetuſtas:
Notaq; tarſiacis eſſe feruntur auis.
O rbes anguis habet, conformes orbibus anni:
V nde ſeni credunt talia iure dari.
I am dicturus eram: cur illi pareat anguis:
V oce ſed à iuuenum munera menſis erant.
¶Nunc quoq; conuerſas ſibi poſtulat ara puellas:
Q uæ, quia conueniunt nomine: thura ferunt.
¶Q uarta repellebat radijs Aurora tenebras:
Optabam roſtrum corue referre tuum.
I pſa ſed adueniens iterum rem intercipit Agnes:
Ante trifontanum diua ſecunda diem.
¶Q uæ ſequitur feſtis reſerabit quattuor aram:
Inter quæ cœli tempora ſcala petit.

Angues nocte cõuerſionis expergiſcuntur.

Viri cũ vxoribus nõ cubant.

Feſtũ cõuerſiõis. Prognoſtica quæ eo die ſunt.

Figura anni draco inflexus ad caudã ẽ.

Conuerſis puellis in earum æde ſacrum.

Roſtrũ corui matutino oritur.

Agneti ſecundæ feſtum.

Q uiſquis es: hic diuum ſupplex veneraberis oſſa:
Proximus ex illis nomina collis habet.

Trifontanum à tribus fótibus de ſaltu capitis.

P ectore qui dudum verſo conuerterat enſem:
Inq; dei partes hoſpes ab hoſte redit.
S ubdiderat ſtratus romanæ colla ſecuri:
Oraq; tot populos quæ docuere deum.
E x humeris ſubito, quum ſæuæ vulnere dextræ
Ter caput aſſiliens, fonte ter edit aquas.
T res totidem caſus conſtruxit fontibus aras:
Perpetuumq; trium nomine dixit opus.
Q ui profitere deum gradibus deſcende per vndas:
Spargeq; deſcendens ter tibi rore caput.
T er bibe: numen habent: noſtris mendacia verbis
Sint procul: incolumis qui bibit inde redit.
P oſtremi obſcuram ſi quis mirabitur vndam:
Plus terræ dicat, pluſq; cruoris habet.

Portatur domum.

O mnia reddentur madido felicia ramo:
Tecto ſi pure ſumpta feratur aqua.

Aqua ſaulia.

S iue quod illla ſuis ſaluos agit hauſtibus ægros:
Inq; ſuas vires languida membra vocat.
S iue quod eſt domini de nomine nacta ſalutem:
Saluia ſit quamuis: ſaulia nomen habet.

Saluia iſcribitur ſed ſaulia a Saulo dicitur.

I lla quod eſt eadem quoq; nomine dicta perennis:
Soluitur & primus quod mihi forte labor.
D a pater: es tu etiam ſtudijs quia gloria noſtris:
Hoc tecum vt ſacro fonte perennet opus.

Explicit Liber primus.

SACRORVM FASTORVM LIBER SECVNDVS.



In hoc menſe Februario, ramus lauri, virga pinea, lana, farra cum ſale, purgamina fabuloſa verificantur in facul is cereis ex filo lanæ bô bicinæ, & ſale aquæ ſanctæ, qua illis benedicitur in purificatione, & hoſtia ex farre: ſuntq; illæ cum his vera purgamina. Tutela olim Neptuni: nunc Petri apoſt. piſcatoris.

PRimus habet finem cum primo mẽſe libellus.
Eſte duces Elegi cura ſecunda mei.
Iam te alij Cæſar: nos ſacra canamus et aras:
Res licet hæc breuibus ſit quoq; magna rotis.
Vt ſit: erit laudi: pater hanc modo ſancte ſequaris:
Auſpicijs cuius per freta vela damus.
Ferre Ioui nequeo cum Cæſare ab hoſtibus arma:
Ireq; in auratis curribus ante deos.
Quod licet, iſta tibi gerimuſq;, damuſq;, trophæa:
Sacraq; cum titulis, numinibuſq; tuis.
Quæ, quia tam paruis didici procedere pennis:
Hæcq; meis humeris ſarcina maior erat.
Grata feras: certe voluit mea muſa probare:
Exiguas vires pectoris eſſe mei.

Pótifex pro Simone.

Quare tu quoniam cum virgine ſanctus ad aram:
Inueheris, primis pro Simeone ſacris.
Quanlibet adijcias, ſumpto pro carmine, vires:
Hoc opus, vt duce te, quo pede cœpit eat.
Ne ſacrum interea fallat, ne menſis in anno:
Vnus ab adiectis iſte duobus erit.

Februa. 28. dierum eſt.

Sit licet et breuior: fert tempora quarta diei:
Biſq; ſibi expleto nomen ab aſſe facit.
Nempe quod Egeriæ non viderat ante maritus:
Cum daret hunc anno: Cæſar id ipſe videt.

Februa. veterũ.

Februa dicebant: quæcũq; piamina priſci
Purgabant illis corpora noſtra prius.

Februa. veterũ i figu. candelabrũ erant.

Illa ſed his laurus, pinuſq;, & lana, fuerunt
Regis: cum mica, farraq; toſta, ſalis.
Quid facerent: culpæ nondum qui virgine cauſam
Tolleret: inceſtam cæde piarat humum.
Aſt ea, quæ nunc ſunt: ſint vt purgamina vera:
Dat dea cras illis purificata fidem.
A' lare pontificum poſcuntur februa mane:
Illaq; poſcenti candida cera datur.
Purior hæc lauro eſt: lanaq; beatior omni:
Sanctior & pinu: farreq; vera magis.
Poſt primam ergo diem, nec vt diſtare putemur:
Hæc datur: & titulum menſis honoris habet.

Purifi. virginis

¶ Ecce ſed exoritur face multa lucifer: huius
Dum vocor ad cauſam nominis, alma faue.
Læta fuit tepidis olim carbonibus ara:
Nunc ea virginei munera mellis habet.

Candela à cádore ignis hic

Igne quod his candet, fax cerea nomina cepit:
Quodq; frequens hodie eſt, hinc ſacra dicta dies.

Tempore non alio maior concurſus ad aram: *candelaria nō cādelora.*
Non quia ſacra iubent: ſed quia cera datur.
Vna nec ara ſatis: tota diſcurritur vrbe:
Et laus eſt multas obtinuiſſe faces.
Iam pater inuehitur, ſacro comitante Senatu:
Quiſquis ades: celſus dum ſedet, ore faue.
Ara ſtat: & plena munus ſuffitur acerra: *Facibus benedicitur.*
Diſcolor & pura cera piatur aqua.
Iamq; ille è ſolio cœtus admittit euntes:
Itur & ad ſanctos per loca multa pedes.
Teda datur: patres poſcunt: poſcitq; ſenator:
Perq; gradus digni pluſq;, minuſq;, ferunt.
Ara fores pandit: felix ſibi curia donum
Sumit: & abſq; illo rarus ab æde redit.
Grande dat exemplũ: totam nam culta per vrbem
Quod pater hic: populo quælibet ara facit.
Sæpe tamen nulla queritur vicinia teda:
Sæpeq; nobilibus non habuiſſe dolet.
Vt careant voto: nec ſint in tempore ceræ: *Faces dātur multis diebus.*
Dentur vt his: tedis non erit vna dies
Menſe ſub extremo quærentem munera vidi:
Munera quærenti debita cera data eſt.
Vnde ſed eſt huius facis vſus, diſcere quæris:
Curq;, nouis ſacris, addita pompa faci.
Forte Ceres tecum menſas Arethuſa petebat:
(Non trahet in longas fabula priſca moras) *Facis & pōpæ in hoc feſto origo.*
Pone ſequebatur magnam Proſerpina matrem:
Ver erat: ad flores rettulit ora nouos.
Læta ſinus implet: ſocijs ſeiungitur ipſis:
Mater abit: ſolis reſtituit illa locis.

R ex videt vmbrarum: viſæq; cupidine captus
Occupat: & velox in ſua regna trahit.
R apta vocat matrem: clamore exterrita mater
Vertitur ad comites: & mea dicit vbi eſt?
D icit vbi eſt? ſubito loca quum diuerſa pererrat:
Eſt tamen in nullis illa reperta locis.
Q uid faciat: nox eſt: nec nocte morabimur inquit:
Accenditq; faces ignibus Aetna tuis.
Fax prima ex pinu fuit
F axq; fuit pinus: primus facis vſus in illa:
Repperit: inuentæ feſta fit illa dies.
N upta fuit Diti: teda hic celebrare calendas
Mandat: erat menſis manibus iſte ſacer:
R oma deam coluit: Cereris quæſita quod igne eſt:
Inſtitui pompam matris honore iubet.
G eſtariq; faces: fora circum has ipſa ferebat
Heſterna ardentes plurima nocte nurus.
N aſcitur humana veſtitus imagine: ſecum
Attrahit & multo ſydere nocte duces.
R edditur & templo, mater comitata puellis:
Sacraq; poſt primam lux ea menſis erat.
Cereris luſtratio in fig. puriſi. vir.
M agna quod hæc mater, mater magna illa quod eſſet:
Deſeruit pompam virgine uicta Ceres.
I nduit hinc vittas patrum .procerumq; corona:
Et prodit, multa conſpiciturq; face.
R oſtra petunt: vehitur pater oſtro, pictus & auro:
Ventum erit: ad populum cerea dona iacit.
F rangitur in partes munus, fit præda potenti:
Omnibus & templis pene videtur idem.
C auſaq; cur fiat: non eſt obſcura: putatur
Hac matrona die non habuiſſe ſuam:

Mæſta domi, ritu, ſtetit vt forte illa, relicto:
Ante deam rubuit: depoſuitq; caput.
Nox, dolor, & lachrymæ, ſomnum fecere iacenti:
Accipit à diua victa ſopore facem.
Aduenit alipotens: ſegnem, immemoremq;, laceſſit:
Da & tedam cum non hanc mercaris, ait.
Hactenus: & manibus tentat diuellere ceram:
Vimq; infert: latam reppulit illa manu.
Nititur abreptam dum ſumere fortis vterq;:
Scinditur in partes cerea præda ſuas.
Excutitur ſomno: vigilans rem repperit ipſam:
Anteq; miratur munera fracta pedes.
Miſſilis ex illo faculæ dependet origo:
Plebſq; facit: faciunt forte quod ante duo.
Hinc per templa furor, ſubit hinc noua bella ſacerdos:
Fitq; iocus pueris diripiturq; palam.
Sæpius exuſtus crinem, impatienſq; rapinæ,
In medio ſacras agmine linquit opes.
Gaudet magna parens facto: fieriq; quot annis:
Nocte quod in cera fecit vterq; ſacra.
Ecce ſed in calidis turtur deponitur aris:
Albaq; dat gemitus iuncta columba mari.
Priſca recenſentur grandæui oracula vatis:
Accipiat flammas fax data cuiq; nouas.
Interea hanc dicam cur noxia pellere tecto
Credimus, & cera ſæpe iuuare ſua.
Scilicet ad templum, ſeſe voluentibus annis,
Iret vt ipſe ſenex: venerat ipſe puer.
Accipit hunc vates: vatem gerit ille gerentem:
In puero puer eſt factus & ipſe ſenex.

Matrõa & angelus in sõno faculam lacerant.

Sacerdos a pueris diſtrahitur.

Par colũbarũ virginis.

V idit vt hunc: ignes ſubito concepit: & inquit:
Viderunt oculi quod cupiere mei.
Simeõis vaticiniũ de chriſto puero
M ater aue: caſtas inter venerabere nymphas:
Cum nato, rerum ius erit omne tuum.
F ama ſed heu, pariet vulnus: peperiſſe dolebit:
Hactenus: & medio eſt lingua retenta ſono.
P alluit his virgo: ſaxo & mœſtiſſima ſedit:
(Extat adhuc) & ait da meliora puer.
I ndeq́ꝫ complectens magno dedit vbera nato:
Fouit & amplexum: ceu modo ſemper agit.
H inc nos, mane licet ſancta ſumatur ab ara
Thureq́ꝫ, & à pura tacta feratur aqua.
Q uod ſuus his rebus, quas dudum inſtare canebat:
Exitus acceſſit: verbaq́ꝫ nacta fidem.
C redimus accenſas expellere triſtia ceras:
Vſibus & noſtris pluribus eſſe ſacras:
Initiũ veris ſed reſtãt hyemis. xl. dies.
¶ Hæc eadem dubio ſi non me frigore fallit:
Prima ſibi nitidi tempora veris habet.
H æc ego: quum fateor, ſi das prouerbia, dixit:
In facis hac hora frigus abiſſe foras.
Lux reſpondet.
S ed quater his denas luces ſol imperat addi:
Tactaq́ꝫ qua eſt illo: ſub niue ſtabit humus.
E rgo quater decimos iungas ad frigora ſoles:
Atq́ꝫ tibi hæc hyemis ſigna manentis erunt.
Dux generalis eccleſiæ creatur.
¶ Tunc quoq́ꝫ Roma ducum gratatur mane tribuno:
Publica pro regno qui gerit arma ſacro.
A ttamen hic, à quo caſtris præfectus & armis:
Vt pater ipſe ducis, ſic pater vrbis erat.
D i ſeruate igitur nobis natumq́ꝫ, patremq́ꝫ:
Augeat hic aras vt ducis, ille duces.

Lucifer ortus erat: templo matrona ferebat
Virginis heſternam quam tulit æde Facem.
Subſequor, ara breuis populo tamen apta frequenti eſt:
Limina poſt pacis Mercuriiq; forum.

Blaſio fax à fœminis fertur.

Hæc erat & Blaſi: comitem, ritumq; ſecutus,
Ingredior: poſito procubuiq; genu.
Pronus adorabam: hæc accendit lumine tedam:
Et tenet accenſam: dum ſacra verba colit.
Interea lanis vngebat nuda ſacerdos
Guttura: qua ſummis faucibus ora ſonant.
Tunc ego defigens oculos in imagine dixi:
Admoneas ritus me pater ipſe tui.
Hæc ego quærebam: mitraq;, pedoq;, decorus,
Hos mihi quum ſubito protulit ore ſonos.
Cura puer quondam caræ fuit vnica matri:
Menſa aderat: piſcis tradidit illa caput.
Incidit in ſpinam: curuum ceu piſcis in hamum:
Prædaq; fit piſci: piſcis vt ipſe fuit.
Quid faceret: flebat mater: natuſq; iacebat:
Atq; ferè in toto corpore frigus erat.
Aduocor: ore cano ſacro ter carmina: terq;
Vngo canens oleo guttura: viuus erat.

Miraculũ de puero liberato à ſpina piſcis

Sic quæ viſa mori nati confuſa dolore,
In nato mater ſoſpite ſoſpes erat.
Hinc madidam virga protendit carmine lanam
Vir ſacer: & feci quod prius ipſe: facit.
Dixerat: adde facem ſubiunxi: vertor ad aram:
Quum video panem qui poſiturus erat.
Adde quoq; hunc dixi: quum cauſis ille duabus
Soluit quæſitis comiter ora meis

Benedicitur pani in ſacro Blaſii.

S cilicet errabam, ſyluis contentus, & antris:
Porrigit Argeum qua ſua ſaxa iugum.
O rphea voce feræ, me ſunt pietate ſecutæ:
Porcus erat viduæ: præda fit ille lupi.
D etulit ante pedes: porcum lupe redde gementi,
Iuſſa dabam, viduæ reddidit ille ſuem.
C æditur: exta dedit: panem pia iunxit & extis,
Atq; facem: munus teſtificata meum.
P anis, faxq; datur: quorum manet vtilis vſus:
Q uamq; homini prodeſt: tam iuuat ille feras.
H actenus: & ſumpto tacuit mihi pectine paſtor:
Votaq; collata ſuſcipiebat ope.
P ars oleum folio: hi panem tedamue ferebant:
Parſq; ſacris lanis guttura nuda dabat.
T unc ego ſic: ſolidam mihi des in carmina vocem
Diue rogo dixi: collaq; noſtra iuues.
D ictaq; quo fierent: nudans ad pinguia collum,
Ore dedi iugulum cernuus, æra manu.
¶Non procul hinc iunctam celebrabat Agonius aram:
Luce quod hac regno eſt aucta Iacobe tuo.
¶Tertia lux finit venientes veſpere nonas:
Atq; latet liquidas vrna tenentis aquas.
¶Tempus idem matres retinebit valle Q uirini:
Munera lactiferis qua capit ara focis.
A penſo & telis igitur ceſſate puellæ:
Nullaq; ſit calathis hac operoſa die.
N octe vocate Agathãm: tulerint qua nomina vocem:
Lac veniet matri: flammaq; nulla nocet.
C orpora nam flammis ſacrauit, & vbera ferro:
Teſtis erit Catane: virgo quid igne valet.

Lupus obedit s. Blaſio.

Oleũ petitur pro gula.

Sacrũ in æde ſancti Iacobi.

Aquarius occidit.

Agathæ puellarũ feriæ.

Scilicet

Scilicet eueniunt quoties incendia tectis:
Et furit: humana nec cadit ignis ope.
Virginis à velo ſua per certamina victus,
Contrahit extincto Mulciber igne caput.

Velū Agathæ incendium leuat.

Sed nunc ignis abeſt: cures lactaria matres:
Poſcat & hinc munus crebrius ara tuum.
¶ Quæ venit, æolio Boreas licet inſonet antro:
Mulcebit Zephyris æquora tota dies.

Zephyrus tota die flat.

¶ Tertia lux oritur: ventis ne nauita credas:
Diuerſam faciem nam gerit iſta ſibi.

Ventorū cōcurſus

¶ Aliger hinnit equus: Pallantida poſcit eandem:
Noſter in aſſueto puluere currus eat.

Equus minor exoritur.

Forte dei mater comitata ſedebat amore:
Straminis ad cunas, numinis ante bouem.
Aduenere duces, cœlum ſyduſq; ſecuti:
Tres fuerant: ex his primus adhinnit equus.
Nato gratus erat, firmis adoleuerat annis:
Muneris hinnitus ſit memor acris equi.
Verſus enim huic mitis nos & mox aſtra petemus
(Sic placitum) cœlum tu quoq; dixit adi.
Finierat: precium vocis quo grande teneret:
De cœli fictus Pegaſus arce cadit.
Quaq; cadit, celer hic velut è ceruice Meduſæ,
Tradita gorgonei ſigna recepit equi.

Pegaſus in figura equi Magi.

¶ Tunc quoq; quum vento, quum plenus nubibus aer:
Aethereis piſces Phœbus adibit equis.

Sol in Piſcibus.

Qui modo fert claues, tendebat in æquore rete,
Talia tendenti quum mouet ore deus.
Aequora qui conto rimaris: findis & alno:
Ad ſacra, ſic iubeo, iam mea Petre veni.

Altera lympha manet tibi: retibus altera præda:
Dixerat: æquoreas ille reliquit aquas.
Indeq; de multis, quos iactu cepit in vndis:
Proiecit piſces lætus in aſtra duos.
Proiectiſq; inquit: vitæ monumenta prioris
Eſte: frequens populus iam mihi piſcis erit.
Dixit: & vt fuerant iacti, nodantur in aſtris:
Hic patrium & Boream reſpicit, ille Notum.

Apolloniæ ſacrũ pro dentibus.

¶ Inde vbi ſe tollet nitido Tithonia vultu:
Et pellet gelidæ candida noctis equos.
Thura ſibi poſcet: quæ fert ab Apolline nomen:
Paruaq; ſupplicibus dentibus ara datur.
Hinc decor, hinc riſus, hinc vis, & vita fouetur:
Ordine ſint ergo te rogo diua ſuo.
Quemq; tibi tuleras, illis depelle dolorem:
Præterea quicquid poſſe nocere putas.
Et & ſi qua grauis tandem ventura ſenectus:
Efficias ne tunc os ſit inerme meum.

Iuliano hoſpiti venatorũ feriæ.

¶ Nomen iuleo cui factum nomine, templum
Ornat, erit quum bis fluctibus orta, dies.
Cui dea venandi curæ, cui bella placebunt,
Quiq; peregrinis gentibus hoſpes erit.
Quiq; greges paſcit, ſpatium cui grande viarum,
Qui mare, qui terra noxia tela timet.
Thura ferant illi: ſeu viti poſcat ad arcum:
Proxima iordano ſeu velit ara iugo.
Vnde ſed hic poſcor cognomen ab hoſpite ſumpſit:
Curq; tibi firmat nocte viator iter.

Cerua hortata ē Iulia. ad

Hauſerat imprudens ſacer Oedipus enſe parentes:
Vocibus impulſus perfida cerua tuis.

Pœna ſit vt culpæ: nemus intrat: conſpicit amnem: *cædē parentum.*
Auctus at hybernis ille fluebat aquis.
Sæpe viatores tumidis incluſerat vndis:
Sæpeq; voluebat corpora merſa vadis.
Solue nefas inquit ſine ponte ſine obice torrens:
Dixerat: & ſæuas ponte ligauit aquas.
Condit & hoſpitium violentæ margine ripæ:
Hoſpitis & curam prætereuntis habet.
Gratis (mira fides) bonus excipiebat euntes:
Ipſe herus, ipſe comes, ipſe miniſter erat.
Laudat facta deus ſanctum cognoſcat vt vſum: *Angelus ĩ viatoris forma apparuit.*
Aligeri vultum diſſimulatus ait.
Iuſſa puer ſubijt: lacerum capit vlcere corpus,
Et miſer in ripa fluminis optat opem.
Nox erat: è tecto vocem miſerabilis audit
Sedulus occurrit: proſpicit: æger, erat.
Subijcit huic humeros: tollitq; in tecta gementem:
Stipitis heſterni ſuſcitat igne focum.
Flamma fit: vt tecto miſerum iam fouit & igne: *Hoſpitis officium viatorũ feriæ.*
Dat menſam: vires colligit ille data.
Admouet hinc lecto, ſed quo requieuerat ipſe:
Luna fuit: lecto ſuſtulit ille caput.
Viderat hunc: tacuit: tenues quum lapſus in auras
Sic puer: à culpa ſolueris hoſpes ait.
Dixerat: & pennis, cœloq;, receptus abiuit:
Aligeri & titulos hoſpitis iſte tulit.
Quodq; viatores conſtructo ponte tuetur:
In media facilis, compoſituſq; via.
Inuocat hunc, quoties iter vrget forte, viator:
Siue pedes graditur, ſiue feratur equo.

Oratio S. Iulia. cũ imagi ne.

Huius & interdum ſe munit imagine cautus:
Sæpius & tutus carmine carpit iter.
Dicere quærebam cur eſt venatibus aptus:
Sed fert accipitrem condita pelle manus.
Curq; iuuat bello: torques demonſtrat & enſis:
Quoſq; equitis cultus corpore miles habet.
Cætera præterea vulgo manifeſta putaui:
Sæpe ſua multis quæ patuere fide.

Nuptiæ non celebrantur.

¶ Reſtat vt admoneam: properes ne nupta maritum:
Oblitus hic, neſcis: cæde parentis erat.

Valẽtino carnacini dæmones eunt.

¶ Feſta valentino nigro portantur ab orco:
Humida quum Phœbo ter dabit vmbra locum.
Nempe putant manes triuijs errare ſepultos:
Qui ſapit hac diſcat nocte manere domi.
A' canis & carnis traxerunt nomine nomen:
Et miſerum vulgus vana timere iubent.
Ante figurabat (teſtis ſit vt ipſa vetuſtas)
In volucres cantu Nenia triſtis anus.
Eſſe putant illas, ducentes nocte choreas:
Et media turpes exululare via.

Manes hac nocte vagari credũtur

Pars ait è tumulis vmbras exiſſe: quod olim
Roma parentales deſerit ipſa dies.
Hoc quia facta putant, remanent veſtigia, menſe:
Antiquo plebem ſollicitantq; metu.
Fictaq; poſteritas inuentis nomina fecit:
Cum voret infernus corpora noſtra canis.
Quicquid erunt: pueros terrent hac voce parentes:
Dum prohibent matrum deſeruiſſe ſinus.

Hirundo apparet

¶ Aere ſublimi cras garrula pendet hirundo:
Quodq; cupit, veris nuntia, tardat iter.

Scilicet alternant gelidi dum frigora venti: *in ſūmo aere.*
Tam celeris poterit pœnituiſſe viæ.
¶Et tamen exactis quum quartus ab idibus Eos *Fauonius qui chelidōia dicitur.*
Reſpiciet terras: reddideritq; diem.
Horridus à Zephyri Boreas depellitur aura:
Mitior & terris quam fuit illa venit.
Attamen hic Zephyrus Chelidonia nomen habebit
Graia quod huic titulum primaq; hirundo dedit.
Quartus habet nubes, atq; illis lata ciebit *pluuiarū hyeme.*
Aequora: nec ſeruat lucifer iſte fidem.
¶Hinc vbi de cœlo Romam ſpectauit Apollo: *Cathed. Pontifi. modus creandi.*
Tertiaq; exactæ tempora lucis erunt,
Quiſquis ades patribus gratare potentibus: illa
Lux ebur his primum pontificale tulit.
Quò feror? exiguis elegis maiora requiro:
Res hæc alterno non erat apta pedi.
Quo pius Aeneas, quoq; ore eſt dictus Achilles,
Hoc dicenda dies, hoc foret ipſe ſenex.
Ergo ſancte pater, felix tibi curia quando
Ceſſit: & à ſuperis munera primus habes.
Proſequor alterno ſolij dum pectine laudes:
Cum duce clauigero clauiger ipſe faue.
Pontificis quæ ſit dicam noua forma creandi:
Sedis & ornatus: vndeq; dicta dies.
Clauibus acceptis aperire, & claudere cœlum,
Antiochi clara fas prius vrbe fuit.
Mira dabat populo: premitur quum carcere nauta:
Facta gemunt fratres, inſtituuntq; preces.
Soluitur: & collo populi defertur in ora: *Papa vñ dictus ẽ primum.*
Admirantur: habet nomina graia pater

Signa dabat dextra, numero veneratur ab omni:
Oſcula dant pedibus: ſiſtitur ante deos.
Non ſecus ex altis quam quum nouus ædibus ipſe
Exit adorandus: conſpiciturque palam

Eleemoſynæ in templo.

Fundit opes populo: miſeris dat munus egenis:
Hocque ſedet quoties: nunc pius ille facit.
Feſta dies facta eſt: iterumque redibat in annos:
Mos manet in ſacris: rurſus & illa redit.

Sella Pōtifi. hinc ornari cæpta.

Interea patris ſignatur ſella figuris:
Vnde modo huic ſignis ſculptile ſubſtat ebur.
Clauiger Alcides: & Petrus clauiger ipſe:
Magnus vterque animo: fortis vterque manu.
Clauibus hic: humeris cœlum quoque ſubſtulit ille,
Huic labor, huicque chorus iam duodenus erat.
Venit ab Alcide quæ maxima dicitur ara:
Venit & à ſancto maxima dicta ſene.
Hinc ne vana putent patres, ætaſque ſequentum,
Sella tulit piſces, Herculis acta tulit.

Labores Herculis in Cathedra.

Sed mutata vides: nec ſunt conformia primis,
Singulus ad ſedem ſingula ſigna refert.
Auget honor cultum, ſemperque augebit in annos,
Signarique placet: facta ſed inde manent.
Sede quod ergo illa vectus, dixere cathedram
Iure diem: graius ſit licet illa ſonus.

Dies Cathedræ epularū dictus.

Reſtat, vt vnde notas epularum traxerit, edam,
Zona quid & gyro poſtulet ipſa ſuo.
Sederat, adueniunt: conſiſtunt ordine: nomen
Res habet: inſtituit iura, modumque, dedit.
Stabat honor ſacris: titulos Eccleſia cepit,
Gentibus & rebus nomina Chriſtus erat.

R oma deum ſedes, quis neſcit dicta priorum:
Vt ſit noſtrorum: hanc iure petamus ait.
F inis erat dictis: circum fremuere ſedentes,
Huc eat & ſedes vox erat vna patrum.
H aud mora: ſunt omnes cœleſti numine moti,
Itur ab aſſyrijs in ſacra tecta Remi.
H oſtia contigerant: pueri, matreſq;, nuruſq;, Cathedra Romam quo lata eſt.
Ipſeq; cum miſta plebe Senatus adit.
P ompa fit: attollunt apices ante ora diales:
Candidus it cœtus, ſacraq; membra chori.
S edeq; ſuſcepta collumq; & pectora laſſant:
Illa fora ingreditur: celſaq; templa ſubit.
E xcipitur plauſu, & velata frondibus ara:
Ponitur & ſummo cum patre ſella loco.
O ſcula dant pedibus: ſpectant, adeuntq;, ſedentem:
Et ſancta accipiunt proſpera ſigna manu.
F itq; dies celebris: primæ coniuncta ſecunda
Lux fuit: atq; ſacris feſta dat vna duo
F orte epulis illis celebrabant iuſta diebus:
(Summa aperit: claudit manibus ima patet)
R oma parentales ad ſellam rettulit aras
Ipſa ſuas: epulæ ſacraq; dicta dies.
R edditur is cœlo ſolij reuerentia manſit,
Nullaq; ab hoc primo pondera ſenſit ebur. In cathedra Pet. nullus ſedit.
N ullus et eſt auſus tentare vocabula primi:
Vt ſit cauſa alia, hinc nomina ſorte petunt.
S ella vacat: medio ſtabat mœſtiſſima templo:
Quiq; loco ſeruet rite miniſter erat.
I tur ad hanc: coeunt ſacro, matreſq;, viriq;,
Oſcula dant memores: ſuppliciterq; colunt.

Signa loci tangunt: ſe ſoluunt ordine Zonis:
Haſq; loco imponunt: ſubijciuntq; manu.

Zonæ circũ ſellam ĩpediuntur.

Accipit: acceptas cingit: redditq; miniſter:
Menſuraſq; vocant: orbe quod æqua ligant.
Cœlum aperit clauis: Zonis incingitur æther:
Hocq; erat in terris nactus vtrumq; pater.
Protinus à ſella cingebant corpora nodo:
Quaq; pij cingunt: parte iuuare putant.
Omnia poſſe fidem credebant ſacra colentes:
Prò ſuperi: pietas quo prior illa fugit?
Facta manent igitur: vulguſq; accepta ſecutus
Quod fecere: pius hac quoq; luce facit.
Scilicet accedunt: ritumq; ſecuntur auorum:
Quaq; illas cingunt: parte iuuare putant.

Zonæ vulgo multis vſibus.

Aegra toro nupta eſt: ſpernit Lucina vocantem:
Cingitur: à partu ſoluitur illa ſuo.
Vrunt forte latus cruciatus: cinge peruſto
Protinus abſcedunt: deficietq; dolor.
Tacta ſeges creſcit: ſterilis ſi cingitur arbor:
Quot dederat flores: poma tot inde dabit.
Venerit inſitio: coniungit clauis aperta:
Clauis adoptiuas & reſerabit opes.

Fieri putant ſi iuſtæ, & per portã mediã itur.

Cuncta ſed hæc fieri: ſi nodus ob ambiet æquus:
Zonaq; ſit ſacrum per loca tangat ebur.
Siq; viæ cura eſt: ſtat porticus addita templo:
(Munus enim ingreſſus non habet omnis idem)
Cardine ſublimis qua ianua ſtridet aheno,
Et letum in foribus, faſtaq; patris habet.
Poſte ſedet ſummo venerandæ ianitor aulæ:
Legitimumq; facit ſub pede celſus iter.

Hac puer intrantes ſolers exclamat emaces: *pŭer zonïuenda.*
Oblatoq; vagus munere cogit emas.
Hoc pia ſimplicitas, hoc ſanctum repperit æuum:
Tunc caſa quum fratrum parua Senatus erat.
Stabatq; exquilijs nondum breuis ara ſacellum:
Cum prece quo libum, vinaq; prima, dedit. *S.P. ara in S. Potētiana.*
Mœnia nec muris Leo cinxerat alta ſub vrbe:
Vnde locus nomen quod ſibi cepit habet.
Atria quæ nunc ſunt: nemus aſſurgebat et herba:
Paſcebatq; ſuas per iuga paſtor oues.
Templa coronabant raro: caſa templa fuerunt, *Veteris eccleſiæ paupertas.*
Aureus hic Crater, fictilis ante fuit.
Membra dei ligno pendebant ſimplice: vixq;
Exigua poterat tendere in æde manus.
Cura placere deo tantum fuit: aſtra merere:
Et ſuperos multa conciliare prece.
Non erat in ſtipula, aut facto de ceſpite lecto,
Saxa per, inq; ſolo tunc iacuiſſe pudor.
Diuitias regum felix ſuperabat egeſtas:
Victaq; ſub pedibus ſumma iacebat opum.
Crimine ſemoti patres ſua ſacra colebant: *Cura patrū veterum.*
Deq; deo ſermo, curaq; ſemper erat.
Venerit vt ſummo moriturus ab æthere terris,
Straminea vtq; redit victor in aſtra caſa.
Quiq; amor argenti nunc eſt, & diuitis auri:
Gloria, & ambitio, non leue crimen erant.
Legibus his quondam tria ſunt fora victa Quiritum:
Et domus Euandri, templaq; priſca deum.
Qui locus imperij fuerat celeberrimus ille *Mons palatinus deſertus*
Nunc velut ante Remum, collis & herba viret.

Vt ante vrbem.

Paſcit oues idem palantes: pauit vt ante,
A quibus ex vero mons ſibi nomen habet.
Curiaq; illa ducum ſpecus eſt nunc alta ferarum:
Viperaq; obrepit: qua modo Cæſar erat.
Ante palatinus, nunc vaticanus Apollo eſt:
Non idem eſt: ſed idem nunc quoq; nomen habet.

In vaticano tēplū Apollinis, vt in palatino monte.

At ſacra res poſtquam ſibi vires altius egit:
Venit et à paruis rebus in aſtra locus.
Exquiruntur opes: nec cura eſt quærere cœlum:
Sanctior eſt, ſed qui ditior eſſe poteſt.
Aurea tecta placent: & ſunt in honore penates:
Maior & in propria eſt vtilitate labor.
Quod iuuat: hoc petitur: non quod reputatur honeſtum:
Deq; deo extremus, ſermoq; rarus erit.
Dantur opes nulli, iam nunc niſi habentibus illas:
Pauperibus clauſa eſt curia ſacra ſuis.
Nitimur in rectum: prauo ſed vincimur vſu:
Atq; alimur vitijs: allicimurq; nouis.
Quare age ſancte pater, modo qui vice numinis vſus
Omnia fers humeris tradita rite tuis.

Oratur Pontifex vt corrigat.

Sede ſedens celſa, qua non eſt altior vlla:
Dirige commiſſum per ſacra iura gregem.
Errantes & oues compelle in ouilia claue:
Paſceq; compulſas præcipiente deo.
Et rege vela tuis: & præcipe qua ſit eundum:
Sentiat aduerſas ne tua puppis aquas.
Sed ſcelus eſſe puto, cœleſtia corda monere:
Sint cum non humeris inferiora meis.
Hæc ego dicebam: venit quum ſanctus ad aram:
Ad ſolium poſito procubuitq; genu.

E rgo precor dixi: meliorq; frequenſq; per annos
Hæc patribus redeat, pontificiq; dies.
¶ Q uæ ſequitur caret illa nota: petit altera thura:
Si non in luces tranſit & iſta duas.
Q uam bene Pierides procedunt tempora vobis:
Inſpiciunt veſtrum numina læta chorum.
L ux etenim patris ritum dedit illa creandi:
Iſta ſibi, fratres vnde creentur, habet.
E ſte procul fraudes, faſtus, rerumq; Cupido,
Cumq; ſua fallax ambitione dolus.
C andida flamminibus lux eſt, reparatq; Senatum:
Atq; duces quales vult deus ipſe monet.
H inc pax hinc bellum eſt, rerum eſt hinc forma nouarum:
Hinc & victus inops copiaq; ipſa datur.
N e ſit in hoc error, ſummo hac dedit æthere ab alto
Pontifici monitus, conſiliumq; die.
A tq; ducem populo diuina ex æthere ſorte
Legit in exemplum conſtituitq; patrem.
V t legem hanc igitur, factumq; imitemur Olympi:
Sors ea quæ fuerit cogor vt ipſe canam.
D iſcipulos ſummus ſibi ſex, totidemq; magiſter
Legerat: at non quos Iuppiter ante tibi.
P aſſus erat triſtes communis criminis iras:
Preſſerat & letho funera noſtra ſuo.
N empe à diſcipulo fuerant hæc dona magiſtro
Q uum tulit illius proditione necem.
F ractus ob id lectus bis ſenis fratribus ordo:
Facti & cauſa ſuis cognita rebus erat.
S acrilegus, cæſorq; hominum, ſcelus æquore natum:
Cuiq; parens vxor, qui necat enſe patrem.

Mathiæ modus creandi cardina.

Eligēdi ſunt viri in cardi. quia īde gaudet & patitur eccleſia.

Iuppiter xii. deos electos habuit ſicut Chriſtus apo.

Iudæ ſcelera.

Quiq; deum patula ſuſpendit in arbore fraude:
Arbore qui laqueo poſtmodo ruptus obit.
Defuerat numero: numerus reddatur vt ipſe:
Clauiger huic demptum reſtituiſſe parat.
Fas vt erat: ſtabant duo iam pro ſorte vocati:
Orabatq; deum, quem velit inde legat.

Sors ex igne ſuper Mathiam.

Quũ ſubito ille alto rutilas ciet æthere flammas:
Mathiæq; caput flammeus ambit apex.
Perq; comas fuſus ſerpebat tempora circum:
Per fratrum vt pileus ſerpere ſumma ſolet.

Pilei deſignatio.

An fuit ex illo ſacris inſigne capillis
Munus: & inuentum eſt nobile flamma tuũ?
Hærebat capiti, pariterq; rubebat vt ille:
Mirati factum conticuere duces.

Ceræmoniæ in creatiõe Cardi.

Ignis abit, ſurgunt, os ſignant, collaq; iungunt:
Resq; docent, & ius, ſuſcipiuntq; choro.
Indeq; teſtatus ſacrum, dictusq; Senator:
Porrigit ad ſanctos oſcula prona pedes.

Admonitus, & exhortatio Papæ.

Atq; illo ad fratres, rurſusq; a fratribus illi
Flectitur: hicq; docet, quam ſit is altus honor.
Quãtaq; Maieſtas, perſonaq; vt altera ſũpta eſt:
Vtq; ſacros cultus altera vita decet.
Caſtaq; præcipue mandat, ſectetur honeſta:
Nulla ſit ambitio, gloria nulla monet.
Grata deo eſt inquit: paupertas, dentur egenis
Illius auſpicio quæ tibi dantur, opes.
Sis & munificus, nomen fugiatur auari:
Grande nefas auidas principis eſſe manus

Birretũ ita aiunt rubrũ & pileus ex

Sacro ait: inuigiles: deus hoc quod ſanguine regnũ,
Sanguine quod diuum res tibi parta datur:

S anguinis indueris neſcis? hoc ipſe colore:
V nde toga hæc tincta eſt, inſulaq; vnde rubet.
Q uiq; datur capiti (dabat hunc) nitet inde galerus:
Sit licet è flammis cognitus ante tuis.

ſanguinē martyrū & Chriſti.

Adde huc pro templo (Chriſtus quod fecerat ipſe)
Tu quoq; vti fuſo ſanguine bella geras.
A ra tibi nupta eſt ſancta pro coniuge pugna
Conuenit hic digitis annulus vnde tuis.
C ardine ſublimis nituntur vt hoſtia templi
Iuſq; poli hæ claues cardinis omnis habent.
F ratribus et te ſic nixa eſt Eccleſia mecum:
Officij ſerues nomina magna tui.
T alia dicebat: monitus Matthia ferebat:
Non ſecus ac patres quos legit ara nouos.
S cilicet ex illo ritum cepere minores:
Q uæq; fuit facti, nunc quoq; forma manet.

Vel veſtes rubræ quia vſq; ad effuſionē ſanguinis pro eccleſia pugnare debēt. Vt Ianua cardine ita eccleſia cardina. nititur vnde dicti ſūt.

A tq; vtinam maneat quoq; lex morũ illa ꝑ annos:
Vt pede quo cœpta eſt res ſacra ſemper eat.
N empe dei hi proceres, hi ſancti membra Senatus:
Hos & diſcipulos ille magiſter habet.
S ubq; his iudicibus, ſubq; his eſt regibus orbis:
Hos penes arbitriũ, conſiliumq; viget.

Cardi. ĩ terra. quid ſint

Q ui dedit hos igitur nobis conſeruet in annos:
Et faciat ſanctos, perſimilesq; ſui.
E rgo quod hunc ignis legit, ſors dicitur ignis:
V nde deus notus regibus ante fuit.
S ed gemina hæc cur ſic lux eſt, iam queritis: et cur
Annus & hæc ſexti bis ſibi nomen habet.
T empora curq; eadem rebus non apta gerendis
Ante putant: & cur eſſe putamus idem.

Dies hæc & annus biſextilis

A. C. I. Cæſare dies îtercalaris î biſexto inuenta.

Solis ſigna moræ reuocarat munere Cæſar:
Tendebatq; ſuum certior ãnus iter.
Vertat vt hoc ſemper ſua ſic veſtigia curſu:
Tradita, ceu meta eſt, quæ tenet vna dies.
Illaq; pro ſpatio tibi Februe reddita dempto:
Pene tuus qua Mars iungitur ipſe tibi.
Quartaq; vbi inde ſibi ſuſcepit tempora plena:
Fit gemina: & luces concipit vna duas.
Quodq; iterat ſexto venienti in menſe calendas,
Ipſa ſuo à facto nomen, & annus habet.

Biſextus ſecũdum priſcos ñ aptus rebus gerẽdis.

Viſaq; quod ſegnis retroq; recedere priſcis:
Omen habens, rebus non erat apta nouis.
Credimus & ſi illis: pallent in lite clientes:
Merce vacant puppes: cœptaq; vana cadunt.
Nec ſua Mars acie ſat felix bella mouebit:
Raraq; ſucceſſus munera miles habet.
Denſa nec vua iugis, languentq; ſub arbore poma:
Eſtq; pecus ſterilis: fœnore ſegnis ager.
Fœminaq; ipſa toro rara eſt fœcunda mariti:
Atq; ſuus fallit tempore quemq; labor.

Nec ſecũdum nos ſed alia ratione.

At ſi noſtra iuuant: auctam deus ipſe cohortem
Viderat: ergo auctus ſit quoq; is annus ait.
Finierat: cernas geminatis fœtibus illum:
Inuidet bis Iudas: cunctaq; felle linit,
Aucta cadunt: ordo pinguis peruertitur anni:
Falciferi credunt ſed tamen acta ſenis.

Secũdum veritatẽ & fidẽ biſextus aptior rebus eſt aliis ãnis.

Hinc nos illa mouent: ſed ſi iam vera valebunt:
Rebus certe annus non magis aptus erit.
Scilicet eſt auctus quod cœli ſorte Senatus:
Sortis is & vires fertilitatis habet.

B inaq; ariſta hinc eſt, duplicesq; in vitibus vuæ:
Nataq; in arboribus poma gemella ſuis.
Q uoq; Ceres fruges, quo Pallas condat oliuas,
Vix reperit: Baccho deficiuntq; lacus.
C umq; illis certat non vno fœmina partu:
Votaq; ſunt cœptis omnia læta nouis.
A tq; hunc euentum ſucceſſus lucis, & anni,
Matthia è flammis credimus eſſe tuis.
¶Neq; meo verſu ſim viſus vana monere
Nitimur exemplo dictaq; pondus habent.
H ac nam ſorte tua Cæſar tibi traditur ortus:
Hacq; manus victrix, hacq; corona die.
H inc ducis ara tuo tibi facta domeſtica thure,
Suſtinet inuicta parta trophæa manu.
V el modo quæ noſtras victoria venit ad aures?
Saxoniæ illuſtrem te ſuperaſſe ducem?
A ngliaq; effuſis quod ſupplex facta capillis,
Ante pedes dicta eſt procubuiſſe tuos?
Q uodq; tua huic iuncti timuerunt prælia Cimbri:
Littoraq; Oceani delituere vadis.
E rgo ſuos merito plauſit tibi Roma per ignes:
Iuſſit & hinc colles intonuiſſe ſuos.
N am tibi qui fuerant, illos ſibi credidit hoſtes:
Viſaq; communi hæc gaudia parta manu.
N ec te igitur ferrum, nec pallida pocula lædant:
Lædere quæ numen non potuere tuum.
S ed ſunt ſancte duo, faueas cum Cæſare fratri:
Cum fratre vt Cæſar det tibi thura diu.
¶Hæc ego: biſq; duas luces ſupereſſe videbam:
De quibus extremæ nomina carnis erant.

Probatur exēplo Caroli.v. ꝙ biſextus aptior rebus, nam hac die ē natus, atq; illi victoria & corona data.

Dux Saxoniæ hoſtis, ēt eccleſiæ erat. Matthiæ, nec ferrū nec venenum nocuit.

Bacchi feſtū Dionyſia feriæ populares.

Protinus inſpicio referentes tempora faſtos:
Dicta nec à carne eſt vlla reperta dies.
Interea variè populum colludere vidi.
Atq; huic perſonis qualibet ora tegi.

Feſta mobilia indicuntur.

Tunc ego ſic: demens cur non ſtata feſta requiro:
Indicit vulgo quæ vir in æde ſacer.
Ergo ſit à curis, & qui nocuere labores,
Fas nunc ad certos ora referre iocos.
Sunt in honore dapes, & libo mella calenti:
Et iuuat appoſito dicere læta mero.

Propinquorū epulæ fiunt.

Conueniunt generiſq; gradus, ſtirpisq; ſuorum:
Atq; capit plures vna patella manus.
Filia cum cara properat conuiuia matre
Continet & iunctum menſa nepotis auum.
Tempora cum madeant, & ſint ad gaudia: debēt
Omne opus artifices depoſuiſſe manus.
Vnde ſed hic mos eſt, & cur diſcurritur vrbe:
Perſoniſq; tegi nos iuuat, adde dea.
Vere dapes Cereri agreſtes, patriq;, Lyeo
Forte dabant: fuſo per ſua feſta mero.
Dumq; dabant, liquidis cœlabant fecibus ora:
Cortice ue, aut minio per loca ludus erant.
Venit id ad Thraces, vultus hi pelle tegebant:
Perq; nemus Bacchæ multa iocoſa dabant.

Mos latē di in perſonis.

Mœnalis Alciden, Alcides induit illam:
Inq; lupercali eſt mutua forma die.
Aeſchilus inuenit, quo fœmina virq; lateret:
Noſtraq; perſonis induit ora nouis.

In quinquatribus veteribus hoc cō [illegible]

Idibus hinc iuuenum tibicina veſte Senatum
Fallit: perſonæ delituitq; ioco.

Omnibus ex iſtis noſtrum mos venit in æuum:
Itur & ad menſas, oraq; tecta iuuant.
Bella gerunt fraudes, ſatiantur pectora ludo:
Eſt via, ſunt feſtis compita plena iocis.
Et modo delectant taurilia priſca Quirites:
Et modo per ſummos picta theatra lares.

Ioci publici ſub diuerſo habitu

Taurilia

Multaq; de Floræ ſpectantur equiria campo:
Queis vaticanum eſt tangere palma iugum.
Prima paleſtinis defert ſua præmia pompa:
De capitolino per fora ducta lare.
Sæpeq; nec ſemper dat quiſq; Tribunus ephebos:
Dicit agonalem martia Roma diem.

Iudæi primi currũt

Agonalia pópa cum pueris.

Intermiſſa redit: ſua ſic Trieterica Baccho
Bruma corymbifero tertia quæq; dabat.
Exquiruntur opes, ſtudio calet æmulus ordo:
Et rerum inuentis cedere turpe putant.
Arma placent: cingit ſocius Capitolia miles:
It regio: it pictis diſcolor agmen equis.
Itq; Senator, ineſt veteris ſed forma Senatus:
Atq; triumphati munus vt orbis habet.

Antiquo more & habitu veſtiuntur

Signifer & priſci puerorum cœtus Iuli
Fertur equis: oſtro terga premuntur equi.
Ora patrum luſtrant, gemmiſq; auroq; coruſci:
Pulchrior in toto non datur orbe iocus.
Da faculas illis, volucres iurabis amores:
Pocula da, pueros dixeris eſſe Iouis.
Eſt ſua finitimis par his quoq; gratia cultus:
Illos ſed Iulos, Aſcaniosq; putes,
Agmina præcedunt currus, priſciq; triumphi,
Scipio ſiue tuus, ſiue Camille tuus.

Currus cũ fictis triũphis.

Regiões armatæ treſdecim.

Cumq; illis quot ſunt, qui quærit, forte cohortes:
Vnum addat ſignis, ſe quibus annus agit.
Troia fuit ludus: nunc nomen agonius illi:
A` patre vt hunc reddant, te ſibi Circe petunt.

Battalionē vulgus nominat Ludũ de caruſellis nũc dicũt Ad annulum alii currunt alii ſpatiantur.

Atq; acie campum luſtrant: preſſa area giris
Ter labyrintheis fit ſinuoſa vijs.
Et modo terga fugæ ſua dat troiana iuuentus:
Et modo non ſegnis graia iuuenta ſua.
Parſq; orbem inuadunt haſtis, oculoq; laceſſunt:
Palmaq; in his celeri eſt, ſi manus aſtat equo.
Pars oculos animoſq; hominum longo ordine paſcunt:
Curribus attingi ſydera ſumma putes.

Turba vocat maccarones. Taurilia publica ĩ Capitol.

Inde dapes Cereris ſuccedunt: ſorteq; lecti
Dona petunt tauri, per fora, perq; domos.
Tarpeioq; iugo errantes hos ludere Cæſar
Spectat eques, ſpatijs area ſumma tuis.
Læuaq; qua antiquæ ſpectatur porticus aulæ
Ter ducti, referunt ter tibi arena iocos.

Itur ĩ teſtaceum ibi equiria. In Cicro maximo nõ procul à teſtaceo erãt. Equiria bubalorũ Bacchus elephãtis triũphauit.

Pompa iterum inſtruitur, ventoſaq;, equiria prætor
Mox dat, qua colli nomina teſta facit.
Et quoniam eleæ fuerant tibi Roma quadrigæ,
Perſimiles ludos plebs velut ipſa putet.
Curribus adnectunt laſſos, pannumq;, ſueſq;:
Teſtaq; feruentes deijcit alta rotas.
Vltima ab his nigris dat Bacchus equiria bobus:
Pompa triumphanti ſic elephantus erat.
Inſtar habenarum producit pertica nares:
Nec trahit hanc, tectus ſed premit acer eques.
Sulfure, & igne, viã impediunt: ſic luce peracta,
Carne valet Genius feſtaq; nomen habent.

Nox erit: æra ſonant, diffundunt cornua cantum:
  Ire Mimallonidas per fora quæq; putes.
Scirpea pro Genio velo iactatur imago:
  Hinc eat externos laſſus vt ille lares.
Vna dies ſtultos demum nos efficit omnes: Die carniũ ſtulti
  Mox de ſtultitia nos rapit vna dies. Die cinerũ ſancti
Hæc eadem noſtros elegos laſſauit: ab illa
  Muſa redi, & poſt hanc tu quoq; pectus habe.

Explicit liber ſecundus.

SACRORVM FASTORVM LIBER TERTIVS.



¶ In hoc menſe Martio, Mars fabuloſus, qui ſenatui tot populos ſubiecit, verificatur in chriſto, qui conceptus, & mortuus in hoc menſe eſt: & omnes populos eccleſiæ, & eius ſenatui ſubiecit: vnde deus exercituum: non minus ac Mars, dicitur. Tutela olim Mineruæ, nũc Mathiæ apoſt.

DEbita præteritis ſtat menſibus ara duobus:
  Atteritur noſtris tertia meta rotis.
Alma faue dixi: nam vt ſint à Marte calẽdæ,
  Annus & exoriens inde putetur auis.

Martius ſacer virgini & chriſto.

H oc quia tu natum conceptum menſe tuliſti:
Vtq; huius, ſic hunc credimus eſſe tuum.
S cis dea prœterea quod menſum haud nomina muto:
Sed damus hos aris, numinibuſq; ſuis.
E de precor ſacer eſt præſens quo menſis honore:
Et dux ingenio da tua vela meo.
V ix ea finieram: pia quum regina deorum
Protinus ad vatem rettulit ora ſuum.

Virginis i ſuo mẽſe itrod.

P arteq;, qua roſeum vertit pulcherrima vultum:
Purpureum niueo venit ab ore iubar.
A tq; ſuum gremio natum complexa ſerenum
Cum foret: ex alto talia viſa loqui.
Q uod prius ad proprium menſem vocor: accipe vates
Et tibi tu cauſas temporis ede mei.
D ixerat: & nati pectus mihi contigit haſta:
Viſus eram cauſas & mihi poſſe loqui.
E rgo ſuo funem ſoluat de littore puppis:
Q uaq; vocat ventus: vela ſecunda ferat.

Chriſtus i excidiũ Martis & deorũ veterum

I ura dabat latio ſumptis Mars vtilis armis:
Auxerat & genti regna ſuperba ſuæ.
A udit in excidium veterum tamen ire deorum:
Q ui domiti capiat totius orbis opes.
V enerat: & matri ſurgentem legifer annum
Hoc in menſe dedit: qui quoq; Martis erat.
S ex ad luſtra ſibi iam tres adiecerat annos:
Subijcere imperium quum parat ille patri.

Martis furor in chriſtum

T unc ſic armipotens: cum menſe modo aſtulit annum:
Iam parat imperium ſubripuiſſe meum.
E t mihi thura ferant: referentur limina Iani:
Det Bellona haſtam: det furor arma mihi.

Deniq;

D eniq; menſe meo conceptus menſe peribis
  Chriſte meo: irati ſint rata verba dei.
D ixerat: & curru ſolymarum vectus ad vrbem,
  Ora ſenis cepit: conciliumq; mouet.
I mpia iudaici ſurrexit turba furoris:
  Inq; deum fraudes, duraq; tela parant.
C ogitur in crimen proles ſine crimine nata:
  Vinclaq; cœleſtes tendit in arcta manus.
C æditur & ſumma dum pendet in arbore cæſus:
  Traijcit immenſum militis haſta latus,
P œna nefas ſequitur: victi iacuere nocentes:
  Nec ſine diffuſus vindice ſanguis erat.
T eſtis adhuc gens eſt, totum diſiecta per orbem:
  Sacrilega tantum quæ ſcelus auſa manu.
V enerat ad ſuperos domito rediuiuus ab orco:
  Romula victori ſunt data regna deo.
T erritus hoc Mauors, clypeumq; reſumpſit & haſtam: Chriſtus armato Martiap paret.
  Nox erat: armato protulit ora deus.
C ornibus haſta tribus, noniſq; ex orbibus ægis,
  Factaq; de ſpinis aurea caſſis erat.
Q uiq; color lunæ: tunc quum ſine nube videtur:
  Tactaq; fraternis candida flauet equis.
Q ualis & argento tunc quum circundatur auro:
  Talis in ætherei corpore regis erat.
E rgo Erebi, dixit: Mauors euerſor in auras
  Reddor: & inuito te mea tela gero.
M agna quod euerto: cœlo quod magnus in ipſo.
  Arbiter armorum, militiæq;, vocor.
M ars mihi ſit nomen: ſum belliger: haſta cruore Chriſtus ſe Martẽ merito dicit
  Aſpice, victori quam madet iſta mihi.

T radita de victis eſt hoſtibus ecce corona:
Cœlum pro ſcuto eſt: tu tua tela iace.
P one haſtam, & clypeum: quid tela reſumis in illum?
Q uem mare, quem pontus, ſydera, terra, tremit.
S it ſatis erratum: ſenſi tua vulnera ſenſi:
Fataq; quæ dudum te duce ſponte tuli.

Chriſto menſis Martis ſacer.

M enſe hoc concipior: morior rediturus eodem:
Sit pudor, & menſem iam mihi redde meum.
R edde, ſed hæc, quæ nunc iubeo, tu mente teneto:
Nec rapiant celeres hæc mea dicta noti.
V ictus es: vt non ſis: aris te ſubijce noſtris:
Pontifici dexter, Cæſaribuſq; meis.
A tq; illis ſumpto, qua ſol patet: omnia telo
Me duce des: iuſſi ſumma ſit iſta mei.
H actenus: ille gemens quia belliger ordine vincor,
Q uanlibet imperium magne feremus, ait.
D ixit: & in domini conuertit tela rebelles:
Proq; deo forti militat vſq; manu.
I lleq; dum pugnat: non ceſſat vincere Cæſar:
Barbaraq; ad patrios ferre trophæa deos.

Chriſti Martis crux pro vexillo.

S ic ſed vt attollant victricia ſigna manipli:
Præcedatq; aquilas fixus in arma deus.
H unc ſibi pilanus: rogat hunc ad bella tribunus:
Munituſq; acies hoc ſibi quiſq; parat.
N oſtri hinc Martis opes nunc ſunt: victoria magnis
Hinc & Cæſaribus ſemper honeſta fuit.
H incq; ſuas retinet romana potentia vires:
Orbis et vrbs facta eſt relligione caput.
H incq; aræ primus iam cedit & vltimus orbis:
Et quæcunq; deum terra timebit, erit.

P oſteritas igitur menſis ſacrauit amico
Iura deo: veterem continuitq; notam.
Q uæq; iſto quondam faciebant menſe priores:
Penè manent: nam ſunt res in honore nouæ.
S cilicet & templis ignis renouatur, & vnda:
Cumq; nouis ſacris fit ſacer ordo nouus.
A dde quod & longo ſpatio pia ſigna ſecuti,
Incipiunt ſancti proueniuntq;, dies.
V ictoriſq; dei memorantur facta per aras:
Militiæq; effert vltima ſigna dies.
L uce neſas illa credunt punire nocentes:
Sanguine qua lauit crimina noſtra ſuo.
H æc quoq; per menſem lux corpora tingit oliuo:
Ipſa deo vitam quod dedit, ipſa necem.
M enſe quod omne vetus quoq; ceſſit, mollibus, iſto:
Dextra ſecat pueris matre iubente comas.
H ic honor eſt nati: ne matri munera deſint:
Hoc quoq; poſteritas cauit amica deæ.
F œmineas, Martis nam quas dixere calendas:
Accepit meritis ſanctius illa ſuis.
O mnia nam tanquam ſint virginis acta figura:
Conueniunt illi: factaq; prima tulit.
P ace nurus Martis iuuit: fuit Ilia mater:
Hæc nos pace iuuat: hæc ea mater erat.
I te nurus igitur meliori numine fretæ:
Iuno ante, exquilijs hæc modo veſtra manet.
F erte ſed huic flores: ſint candida lilia flores:
Læta ſit vt quibus hæc nuntia læta tulit.
F erte nurus: quondam Iunoni nanq; ferebant:
Hæc & fœcundum dici.e tempus habet.

Res renouabantur, nunc ẽt ignis et aqua renouatur. Sacerdotes noui.

Dies veneris ſanctus.

In æde Petri oleum datur

Pueri tõdentur.

Calendæ Martis fœmineæ dictæ virgini datæ Vxor Romuli cõpoſuit pacẽ iter Sabinos.

Addite, dicebant: exaudi diua rogantes:
Atq; feras votis parturientis opem.
Interea, quoniam hic cœleſti ſemine matris
Sancta ſacer totus tempora menſis habet.
Quas modo cœpiſtis veſtræ pro virginis ara:
Menſis ad extremi tempora ferte preces.

Triangulus matutino oritur.

¶ Quam bene qua dudum partus cum matre latebat:
Cras oritur tellus ſydere Nile tua.
Iuſſerat Herodes nudato ſæuiter enſe,
Terribili teneros voce necare mares.
Tela trucis fugiunt materq;, puerq;, ſenexq;:
Itur in Aegyptum, profuit vna tribus.
Lætus erat facto, cœlo quum ſummus ab alto
Hæc memor officij protulit ore deus.
Sanctior ante alias nata ad miracula terra:
Plebs mea tot per quam triſtia damna tulit.
Cum mea ſis terris: mea quo dicaris Olympo,
Soſpite ſis nato ſydere clara meo.
Cœlo clara meo ſis dixit ſoſpite nato.
Cum ſacer in ſtellas angulus omnis abit.
Qui quia tres fuerant, nomen tulit illa latinum,
Nomina cum à grais littera quarta daret.

Ala dextrã Pegaſi veſpere occidit
Tho. Aquinati doctorũ feriæ.

¶ Sol vbi de immenſo ſua bis iuga ſoluet Olympo:
Se volucri dextra Pegaſus abdet aquis.
¶ At ter vbi è cœlo ſurgens Hyperionis ibit,
Aſtraq; luciferis Phoebus abegit equis.
Virgo tibi è templo ſurgit tua gloria Thomas,
Qui gemit antiquos victa Minerua focos.
Hic bos ille ſilens de te tam multa locutus,
Edere mugitus iam parat ante pedes.

S cilicet inſtar apis per ſumma roſaria paſtus,
Dædaleos docto concinit ore fauos.
P roxima cornigero cecinit quoq; carmina patri,
Grandeq; legitimis verſibus edit opus.
H inc duo proponit patribus præconia famæ,
Dum canit hinc leges: dum colit inde deam.

Oratio ĩ Mineruæ.

¶ Pellet vbi è pratis roratas mane pruinas
Sol bis: & alipedes ad iuga coget equos.

Beatæ Frãciſcæ in æde Mariæ noua.

I te piæ matres: romanam inſite diuam,
Hic vbi fert titulos virginis ara noua.
H oc vt agat, veſtrum quæcunq; erit apta Mineruæ,
Ocia det lanæ: penſaq; nulla trahat.
P roq; colo violas, pro lana lilia quærat:
Spargat vt his tumuli frigida ſaxa manu.

Flores portabantur.

V iderat hæc vitio labefactas forte puellas:
Q uum ſic, ex illis non ego, dixit: ero.
S yluia nam rubuit: fleuit Lucretia lectum,
Hæc quia paſſa deum: furta quod illa tulit.
C laudia commouit turritam fune Cybellen:
Reddidit Aemyliæ carbaſus alba focum.
N upta licet dicar: caſtis numerabor in iſtis,
Veſta faue: Ieſſis virgo ſit illa mihi.
S ecubat hæc dicens: meruerunt ſydera mores:
Aedeq; ſtat veſtæ facta beata ſuæ.
M atribus exemplum peperit quia ſancta pudicis,
Lege domi caſtas, quod fuit ipſa, facit.

Monaſterium pudicarum

E rgo ſacra patet via qua fert dona ſenator:
Atq; memor ciuis Roma ſit ante patres.

Munus à ſenatore epulũ publicũ in

Q uod donabat opes: ne ceſſet: mane penates
Pandit: habet feſtas publica menſa dapes.

monaſterio. I nterea pubes, quæ ſtant ad buſta puellæ:
Quæq; ferunt violas, ſertaq; cede loco.
D icite cumq; illis ſancti requieſcite manes:
Menſq; polo, terra molliter oſſa cubent.
Sol i Ariete fig. ¶ Poſtera lux oritur: ſol & de piſce recedet,
Vernaq; Phrixeæ ſigna ſubibit ouis.
Iſaci in Phrixo. E rgo quod Abramus ſua pignora reddere cœlo
Iuſſus erat: ſacrum nate feramus ait.
M ons erat: accedunt (Moraum Syrus incola dicit)
Conſtiterant: ſummo ponitur ara iugo.
H anc iuuenis circum (mens eſt tam cæca futuri)
In ſumma ramos figere tentat humo.
Q uaſq; humeris tulerat: ſacros componit ad ignes
Sedulus, arentes comminuitq; faces.
T hura focis aderant ſacris arſura deorum:
Vittaq; cum cultris, toſtaq; farra ſuis.
I nſcius expoſci cum ſit: cœloq; requiri:
Protulit ante ſacros talia verba focos.
C uncta parata manent iam nunc & culter, & ignis:
Victima vbi eſt, aræ quæ paret exta, pater?
V ix ea finierat: lachrymis quum magnus obortis
Sic ille: ad ſacrum poſceris agnus, ait.
A udit vt hoc: ſubito ſolitus color ora reliquit,
Mox pius, vt potuit, maxime fiat, ait.
Oblatio Iſaci deo ab Abramo. D ixerat: ardentem quum ſe nudauit ad aram:
Corpore cum facie par tibi Phrixe ſua.
V idit vt intrepidi nudatum corpus ad ignem:
Leue magis conchis, candidiuſq; niue.
H eu pater heu, dixit, quo non erat æquior alter,
Iam ferus innocuo ſanguine dictus ero.

D ictus ero genitor: pariterq; ad ſacra ſacerdos:
Alter ego ex iſtis non tamen eſſe velim.
I amq; recuſantem deus ipſe, & tempus, agebat:
Compulerantq; pias ardua iuſſa manus.
I lle tamen ſacra velatus tempora vitta
Stabat: ab vberibus captus vt agnus ouis.
S pargit aquam genitor: palmasq; in terga reflectit:
Terq; ligat ſoluens: ter ſoluitq; ligans.
S cilicet ah lachrymæ mentem impediere paternam:
Q uærebatq; manus ſegnis ad iſta moram.
D eniq; vt inſiſtens tam triſtia facta peregit:
Nate ait: immenſo da pius exta deo.
D ixerat: ille, dei audito tunc nomine, collum
Flexit: & ex humeris reſpicit ora patris.
A tq;, ea reſpiciens, iugulumq; extenſus apertum,
Accipe ait, genitor, iam damus exta deo.
I lle polum ſpectans vagina liberat enſem:
Vulnus & elata librat ab aure manu.
A ſpicit omnipotens, quum miſſus ab æthere pendet
Aliger: & preſſo corripit enſe manum.
A tq; ait innocuum genitor ne ſparge cruorem:
Sat fuit æterno te voluiſſe patri.
D ixerat, à nebula quum circumfunditur aer
Non ſecus à Nephele quam tibi Phrixe tua.
V ertitur: ecce aries prope conſtat: vector vt Helles:
Subdita ſic cerua eſt Iphigenia tibi.
A ccipit, atq; aræ precibus de more paratis
Iſacus eripitur: ſubijciturq; pecus.
F acta deus vidit: locus extat: prima ſed ara eſt:
Q uũ pecori dixit: tu quoq; ſydus eris.

Patris pietas Iſaci patientia.

Aries ſupponitur pro Iſaco.

D ixit, it ad colchos lana hinc: fit ſydus imago:
Stellis à q; octo clara decemq; micat.

Aequinoctiũ Vernum.

¶ Tempus idem ſpatio luces cum noctibus æquat:
Eſt & ab officij nomine dicta dies.
C ornibus & tauri nitidus diffunditur annus:

Hyemis abſceſſio

Vere & ſole aucto frigida cedit hyems.
¶ Aſt vbi protulerit cœlo bis Cynthius orbem,
Tectaq; bis verno rore tepebit humus.

Gregorio

A ula frequentatur romani patris, & ara:
Ima palatinus qua iuga collis habet.
Q uæ dederat quondam ſuperis conuiuia menſa:
Annua tunc crudas exhibet illa fabas.
S tat ſpecus, & ſcabro defoſſa cubilia toſo:
Inſpicias iures numen ineſſe loco.

Terra ſancta.

R ore ſuper poſtes ſunt fuſa cadauera ſacros:
Et pia compoſitis oſſibus albet humus.

Murcrũ. & lignorũ fabri feriantur

D extera fert templum, exemplar dare creditur arti:
Q ui ædificant tecum munus Epee ferunt.
I te nurus: vos hic romano texit amictu:

Inuentor habitus fœm. & cantus cũ notis.

Ite chori: hic ſtatuit verba canenda notis.
C ernite vt in media populo pulcherrimus æde
De tribus is doctor templifer vnus adeſt
A lba columba ſacras quamuis tot dixit in aures:
Nunc quoq; non ceſſat de pietate loqui.
V t taceam domini mater quod, imago, locuta eſt,
Reddita ſunt cœlo verba tacente choro.
S cilicet ille modis pater omnibus æthere dignus,
Colloquio ſuperum non abigendus erat.
S ed ſtata cunctorum quum ſunt ſolennia diuum:
Q uumq; dabit tumulis iuſta, rogandus erit.

Nunc

N unc properate elegi mora ne ſit ſegnis eundo:
Scitis enim vobis quam via longa manet.
E rgo quater denas luces quia iure reduxit, Quadrageſimæ Reformatio.
(Non ſtata ſint quamuis nam petit acta locus)
V nde herboſa fames: ſcelus eſt cur ponere carnes:
Cur regat & tempus: nomen & vnde, canam.
F elix arbor erat, cœleſti conſita ripa:
Q uatuor irriguis qua viret hortus aquis.
P ræficit omnipotens primos huic forte parentes:
Arboris & pomis abſtinuiſſe iubet.
O rta fames hinc eſt, ieiunaq; tempora primum: Ieiunia prima vñ orta ſunt
A`q; his mox ad nos venit in ora ſtupor.
S cilicet à ſtygij capiuntur fraude draconis:
Factaq; in exilium eſt omnibus vna dies.
H inc procul expulſi mortalia corpora facti,
Turpiter errabant per loca ſola duo.
H erba dabat victum, virides modo nata per agros:
Potus aquæ fuerant, ſaxaq;, & antra domus.
P allida phaginea velabant corpora fronde:
Incompti longis, implicitiq; comis.
C arne quod orta venus, crimen quod venit ab illa,
Apponi carnes inſtituere nefas.
H inc ſamiæ primum didicerunt prandia leges:
Et tenues nobis ſunt in honore dapes.
H inc ſitit Helias: lex fit: ſitit agnifer: eſca Ieiunii lex quõ nata.
Abſtinet & Moſes: eſuriitq; deus.
V enit in exemplum: dederant pro parte nepotes Decima dierum quadraginta duorũ
Iam pœnam: decimam temporis ara petit.
A ccipit: atq; duæ & decimæ quater illa putantur,
Temporis edicti lege, fuiſſe dies.

V enit ad hanc curam romana lectus ab arce:
Biſq; ſuo ſpatio ſenſit abeſſe duas.

Sex dñicæ à quadraginta ſex diebus atris tolluntur

L ætitiæ ſunt ſigna inquit: demantur ab atris
Tempora de domini nomine dicta mei.
P arteq; pro dempta ſuccedant quatuor illi:
Q uos ſibi præcedens ſeptimus vſus habet.
Q uatuor hinc quod dat: decimaq; in parte reponit,
De numero factum tempora nomen habent.
R itibus ornatur ſpatium, ſanctumq; vocatur:
Q uoq; magis creſcit: plus ſibi thuris habet,

Dies Cinerum.

P rima dies cinerum eſt: canit aſpera verba ſacerdos:
Q uæ deus expulſis dixerat ante polo.
P er vos dixit enim crimen iam morte piandum:
Parſq; mei veſtro ſanguine nata cadet.
I bitis: illa colo, tu vines rure ligone:
Sudor erit vobis, quod fuit ante quies.
S ic ſed vt exactæ poſt multa pericula vitæ,
Cum non mortalis iam mihi vterq; foret:
P uluere nata prius fiant rurſum arida puluis
Corpora: deſierat: diriguere metu.
E rgo quod illa dies leti, quod prima malorum,
Cauſa fuit: quod ait triſtia verba deus.
F lectimur in templo: atq; horrenda voce minarum
Vertice ſignato, fit cinis ipſe meus.

Prædicatur poſt Bacchanalia.

N e graue ſit tempus: quoq; declamatur ad aras:
A te quo redeant ad ſacra Bacche manus.
P lena ſupercilijs funduntur verba ſeueris:
Bis ter adorato ſemper ad illa deo.
S æpius auditis bis ſeſe vertit ad aram
Efferus: & ſupplex thura meruniq; dedit.

Sæpe homines vidi ſua ſeptima feſta colentes,
In populi faciem poſcere fontis aquam.
Eſt.ꝓ paleſtinis ſed mos deductus ab aris:
Primus & hunc Nomias, primus et Eſdra tulit.

Prædicatores primi.

Hoc deus, in terras qui venit ab æthere, fertur
In ſolio populo iura dediſſe ſuo.
Hoc prius & ſyluis Amphion & Orpheus egit:
Principium magnis vrbibus inde fuit.
Hoc fuit & cantu duras deducere quercus:
Inq; nouos muros ſaxa coiſſe lyra.
Ardua biſſeni ſubeuntes iuſſa magiſtri,
Sic quoq; tot gentes ſuppoſuere, duces.
Hoc pia pontifices, maiorum facta ſecuti,
Pectora formabant plebis in æde modo.

Pontifi. olim ipſi prædicabant.

Aſt vbi Maieſtas aucta eſt, ſua iura recuſat:
Atq; viri alterius fungitur ara vice.
Semina mandat humo, ſegetes vt carpat arator:
Falx adit, & vitem fundat vt vua merum.
Concinit e ſolio tonſus pia verba ſacerdos:
Arguto mentes reddat vt ore deo.
Hinc pietas, hinc orta fides, hinc ritus, & ara:
Magnarũq; odium, curaq; vilis opum.

Effectus prædicæ

Hæc cœlo fecere viam, cœlumq; dedere:
Crimineq; amiſſos, reſtituere lares.
Ocia ſic terimus, longa eſt ſic mollior hora:
Ad cœnam donec hoſtia pura vocet.
Inde quod in templo luce vna bis ſtare ſolebant:
Qua ſteterant, ſtatio tunc ea dicta dies.
Additus eſt error, Heliæ gratus & error,
Atq; deo, & tollit qui ſcelus omnis aqua.

Statiões vñ in ſtatiõe erramus, vt Helias Deus, & Ioánes i deſerto e

in Ægy-pto Iud. I pſa quoq; Aegyptus pia, quot vexatur ab annis
In totidem trahitur ſollicitata vias.
Statiões vrbis. S eruet vt exemplum, ſeptem pulcherrima colles
Roma per, & circos, & fora carpit iter.
N unc & Auentinũ, nunc & iuga proxima cœli
Tranſit: ab his cœli rurſus itura iugo.
H inc ſubit Exquilias, & viminis aſpicit arces:
Inq; Q uirinalis deuenit inde latus.
P erq; ſacras ædes petit ardua Vaticanum:
V naq; præteritum ſæpe recurrit iter.
E t modo qua uetus vrbs, et qua noua cernitur, ibit:
Hinc Thermæ: hinc fontes, ripaq; Tybris erit.
Q uo trahor: hic longum eſt, errores dicere ſacros:
Deſeritur ſanctus nullus in vrbe locus.
Q uodq; pij vates, ſyluis deus ipſe quod egit:
Exemplum legis dum via longa parat.
T urba pererrato veluti redeamus ab orbe:
Vrbe pererrata gens peregrina ſumus.
Cardinalibus in capella dñicis miſſa ita dicunt cũ oratione. A dde quod et patribus, loca quãuis iſta frequẽtent:
Q uot domini luces, tot parat ara focos.
Q uiq; vſus fuerat cauſarum ad iura diſertis:
Facundus trepidos dum iuuat ore reos.
V t ſolet in multis, diuorum protegit acta
Mane: loci &, laudes ſic melioris habet.
In media quadra.] pueri cacrica & oua petebãt canẽtes & ſcĩdẽtes paleas. Q uam cito di celeri labuntur tempora curſu:
Q uãq; fugit velox non reditura dies.
H oſtia iam pueri pulſant, & carmina cantant:
Ouaq; cum ficu poſcimur ante fores.
S ed paleas ſcindunt, tempus ſeceſſit vtrinq;:
Deq; quater denis bis patet eſſe decem,

Hoc quoq; dum faciunt in duro marmore nixi:
Sæpius his tunſus culter in ora redit.
Debita ſuſcepto renuuntur dona labori:
In miſeras cultri vertitur ira fores.

Dona negātibus Ianuas lacerant

Altera ne deſit nota ſciſſi temporis illis:
Vtq; famem minuant, prætereantq; ioco.
Septipes arcta manus à tergo fœmina (vulgi
Fabula) flet medio ſecta iacetq; foro.

Fœmina diuiditur in foro.

Virginis interea populo reſeratur imago:
Aurea pontificis fertur ab æde roſa.
Ora dei templum velamine cœlat ad aram:
Palma datur, vincet: pompa ſtat ante fores.

Virgo de tegitur roſa àpapa donatur.

Ecce ſed accumbit: linguiſq; animiſq; fauete:
Me miſerum, hæc domino eſt vltima cœna meo.
Vtq; nouis populis fiant monumenta futuris:
Iam cum pane capit pocula plena mero.
Hoc & ait: corpus panem libate (tenebat)
Hæc bibite iſta meo ſanguine vina madent.
Eſte mei memores: nam vos quã ſæpe per aras
Hoc facitis: præſens corpore ſemper ero.

A' cœna dñi cóio oritur. Cóſecrationis hoſtiæ origo.

Tradidit & pedibus lymphas: ſeruatur ad aram:
Menſa datur, patris munera pauper habet.
Orat opem ſupplex: precis iuit carmen in vſum:
Ilicet: inueniunt: inijciuntq; manus.

Oratio dñicahĩc orta eſt.

Aera ſilent templis: ponunt altaria veſtes:
Roſtraq; pontificis triſtia verba canunt.

A' pontifice male hoſtibus dicitur ĩ roſtris quod anathema dicitur.

Cernitur & facies: tumulo qua ſcena futuro
Hoſtia ſtat, non dum ſupplice ſparſa mero.
Flectimur ante illam: nõ vno eſt lumine lampas:
Aureaq; in gradibus tollitur ara ſuis.

Sepulchrũ ex ſcenophegiis iudæorũ figuratum.

N igraq; communem monſtrant velamina luctū:
Additur & miles ſæpius ante fores.

Paſſiōis hiſtoria in nocte recitata.

C orda mouet triſti recitata Tragedia caſu:
Ducereq; in lachrymis tempora nocte iuuat.
T er ſtrepuere chori: luces dixere tenebras:
Stant pueri templi fuſtibus ante fores,
P erq; vias illis arguto garrit in axe
Pendula, & inſertis verſa tabella rotis.

Inſtrumētū puerorū, ad ſtrepitus

T urba latet ſceleris: ſequitur ſua pœna noctes:
Inq; deum lapides quos rapuere, ferunt.
V ltima lux oritur: celſa ſuper arbore pendet:
Prò facinus, languens diſſimiliſq; deo.

Die Veneris ſancto, deus cruce erectus.

A ſpice demiſſis vt ſquallent ora capillis:
V tq; ſubit laceris ſputa cruenta genis.
N on ſecus Acteon: vidit quum labra Dianæ:
Factus erat canibus præda cruenta ſuis.
L iuide quid ſæuis? hæc in te pœna redibit:
Q ui necis opprobriū hoc vindicet, alter erit.
Q uid fremis? en mitis letho quem ſubijcis agnus,
Sponte ſua cultris obtulit ipſe latus.
O ccidit: offenſus cœlauit lumina Phœbus:
Lunaq; fraternos pallida fugit equos.

Obſcuratio Solis & Lunæ

D ura ſub iniecto rumpuntur ſaxa dolore:
Ad nos & manes territa mittit humus.
N os & amara dies lactuca paſcit agreſti:
Sacra ſilent mœſtus ſtat ſine ſede pater.
T riſtia deflemus: quare, dum triſtia flemus:
Tu quoq; nobiſcum iam dea ſolue comam.
I lle tuus natus, tam magni cura parentis,
Tendit in educta Saucius oſſa trabe.

Die veneris ſācto, Papa in ſede non ſedet.

S ydera ne clames, et quæ tria corpora reſtant:
Omnia ſunt lachrymis languida facta tuis.
A nnuus hic luctus mortalia corda mouebit:
Hac & luce volent illachrymare feræ.
T empla frequentantur: cæſi portatur imago:
Q uæ loca contigerat, viſimus illa prece.
C um titulo inſpicitur Clauus, ſertũq; cruentum:
Parſq; crucis, nomen qua dedit illa loco.

Societates ĩ nocte ad. s. Petrum.

V iſitur & vultus face multa: templaq; nautæ
Nocte ſodalitijs, nobilibuſq; patent.
A nte illum, inq; vijs, hamato terga flagello
Nuda petunt: fuſo ſanguine pene iacent.
V erbera concreto terrent infracta cruore:
Cumq; metu lachrymas ingeminare iubent.

Socii tecti, inter quos, & nobiles ſe flagellis ſauciant

C ircundantq; aram: tectoq; ad triſtia vultu:
In miſera tolli crimina voce rogant.
P arce genis igitur virgo: et ne ſperne rogantes:
Iam cauſam luctus pœnitet eſſe tui.
C ũq; illis dicas, Cuſpis miſerere tuorum:
Nobiſcum & repens oſcula fige cruci.
A dde, dei facies exaudi vota precantum:
Et radijs nobis crimina tolle tuis.
S ed vult dona puer: niueaq; in veſte ſacerdos
Spargit aqua, inq; domo, corpora perq; vias.

Lancea in die: in nocte, & die vultus ſanctus, oſtẽditur.

Sab. ſancto, aqua bñdicta per domos.

S at datũ erit lachrymis: lux eſt iam tertia mater
Læta ades: & mœſtam pone Thalia lyram.
Q uod vetus ante fuit, per totum tollitur annum:
Cereus & flammæ ſunt in honore nouæ.
S cilicet amiſſos recipit iam terra colores:
Exuitur ſerpens, & renouatur auis.

Ordinationes fiunt cum igne ſtuppæ.

V ertice de ſummo conſumitur igne volumen:
Veſteq; non tacta ſanctius ara calet.
S acra noui hanc circũ fundunt iã thura miniſtri:
Purpureas patres accipiuntq; togas.
A era ſonant: ſanctum properant altaria nectar:
Lætaq; plebs inquit: cras cibus agnus erit.

Saluator ſalutatur apoſtoliq̃ oñdũtur.

R urſus & hæc dicens, dominũ fratreſq; ſalutat:
Terq; loco ſupplex fundit in ora preces.
F orſitan & pietas ſeptem compellit ad aras:
Crimina ſiue iubent, intima ſiue fides.
I nde die domini, quæ octauo it ſemper ab orbe,
Gaudebit: longam diſſoluetq; famem.
G regorio interea referens accepta recedit:
Multaq; in Aprili mox peragenda putat.

In Sabbato ĩ albis poſt paſcha agnusdei à Papa dari ſolẽt.

D eniq; feſta ſua vt ſiſtat, renouabitur agnus:
Septima pontifici ſi ſua ſtabit hyems.
S cilicet in niueæ formatus imagine ceræ
Redditur, infernas qui modo liquit aquas.
V nctus terq; oleo, ter viuo flumine purus,
Agnifer vt docuit, poſcit vt ipſe puer.
N oxia formoſus ceu viuus numine pellit:
Eſt & in aduerſis quod deus eſſe ſolet.
A lbaq; qui capiet cras ſummus pallia paſtor:
Dat populo: ex albis cui nota facta die.
S ed iam frigus abit: redeunt cum numine ſoles:
Et deus ex vero ver tulit ipſe ſuis.

Gñalis lætitia ĩ diebuspaſchalibus

Q uod redit hic, volucres implent cõcẽtibus auras:
Nobiſcũ & gaudẽt, luxuriantq; feræ.
E xulat omne nefas, Paſcha eſt, ieiunia cedunt:
Paxq; eſt criminibus, menſaq; pinguis adeſt.

A patre iãq; bene eſt dictũ: per compita ludunt:
Neſcio quid tacite pectora noſtra iuuat.

¶ Sed ter luce ſua pepulit iam ſydera Phœbus: Aquarius apparet.
Atq; indefeſſos ire coegit equos.
Aurea cuiq; micat ſtellatis fluctibus vrna:
De cœlo fuſa ſurgere tentat aqua.

¶ Quũ bis erit nitidũ è ſummo iubar æthere: ſola Cauda piſcis mane oritur
De toto piſcis corpore cauda patet.

¶ Vna dies media eſt, & tollet nuncius alas: Gabrieli Archãgelo ſacrũ.
Quo duce habet ſterilis pignus Eliſa ſuum.

¶ Proximus ex illo ad ſua ſacra, Ioſephus & arã, Ioſepho fabrorũ feriæ.
Fabrorum doctas ducet ab arte manus.
Huius enim digitis ſummi fabricator Olympi
Creuit, & eiuſdem factus alumnus erat.
Hoc licet & poſſit tutelam afferre fabrorum:
Eſt quoq; pro vero cauſa ſecunda ſuo.
Fulcro aptabat opus: ſigno menſura tabellis
Stabat: iudicio ſubdideratq; ſuo
Subſecuit: doctam decepit linea dextram Tabula ex errore curta à Chriſto illi reſtituta ad mẽſurã.
Deq; illi breuior pluribus vna fuit.
Stabat cœli author, fabrorumq; optimus idem:
Atq; ſeni arridens longa ſat inquit erit.
Inquit erit, tetigit, menſuram tacta recepit:
Vnaq; cum multis apta peregit opus.
Quiſq; exoptat idem, ſtudiũq; requirit ab illo:
Tutaturq; fabros vtraq; cauſa ſuos.
Virginis ergo ſuæ quod cœli eſt ſorte maritus:
Quodq; dei cuſtos, quod quoq; ſanctus erat. Oẽs fabri veteres & noui Ioſepho cedere debẽt.
Quodq; illi in manibus demum creuere tabellæ:
Quodq; deus, tanto Dædale cede ſeni.

Die ſcilicet natiuitatis.

Sed tunc ſancte ſenex, tunc te caſtiſſima mater,
Non taceam: capiet quum caſa parua duos.
Magnaq; cum magno dicam ſolennia nato:
Aucta ſacer vobis illa December habet.

Virginibus nouũ monaſteriũ à Trano datũ.

¶ Interea teneris hic aſpirate puellis:
Hac quoq; vobiſcum quas capit ara die.
Pro quibus, vt veniant iam fata ſuprema: per orbẽ
Fama tuum nunquã Trane tacebit opus.

Dedicat. S. crucis & poſt hãc feſtũ S. Bñdi.

¶ Lucifero templo victrix crux aucta ſequenti eſt:
Alter & ex illo te Benedicte petit.
Nempe crucis ſigno volucres depellis ab ore:
Reddis & hamatis corpora caſta rubis.
Poculaq; hoc etiam collato imbuta veneno,
Frangis: & ardentis ſupprimis ignis opes.
Hoc quoq; Baptiſtæ Phœbi delubra ſacraſti:
Oppida tot tibi mons vnde Caſinus habet.

Põtifices multi ex hoc ordine olim.

Fratribus hinc vtinam non frangat pectora luxus:
His vt Cymba eſſet munus vt ante fuit.
Interea quando, crux hunc præcedere debet:
Ite nurus vos hæc pars quoq; menſis habet.
Ite Helena hanc vobis poſt cari inſonnia nati
Attulit, inuicta qua redit ille manu.
De tribus admoto fuit iſta cadauere nota:
Reddita quũ illi anima eſt, quũ noua mira dedit.

Inuitat puellas ad ſtationẽ, quam [illegible] Sancta Helena ordinauit.

Pars Solymis huius, pars eſt tibi Cæſar, vt hoc ſit:
Illa quidem in cauſa eſt, thuraq; veſtra meret.
Sic nuribus dicens ibam cõmiſtus ad aram:
A` Solymis vrbi qua dedit illa notam.
Sanctaq; contigeram iam admotis limina plantis:
Quo ruis? occurrens quum mihi dixit anus.

C ede loco: maribus pateat licet ara per annum:
Non eſt hac veſtro luce adeunda pede.
L udere credebam: quum legem reſpice dixit:
Et tranſgreſſuros quæ quoq; pœna manet.
P rotinus vt legi titulos in marmore: ceſſi.
Riſit, et heus inquit: reddimus ecce vicem.
Q uid facerem? rubui: noſtro læta illa rubore,
Inter fœmineos rettulit acta choros.
¶Rore ter albet humus: ſacram tegit æquor ariſtam:
Cras, & quantus eris, tu leo mane lates.
¶Tertius hinc Titan, ſi non ſe transferet idem:
Ad iuga flammiferos quum reuocabit equos.
G ermanam quicunq; colit, ſponſamq;, Tonantis:
Gaudeat: immenſum concipit illa deum.
P rima dies hæc eſt homini quæ crimina delet:
Principium & noſtræ mite ſalutis habet.
E rgo ferant munus ſocij: vos thura puellæ:
Præcipue caſtas nam petit ara manus.
S ed quoniam feſtas facit hic lux prima calendas
Non ſecus à nati quam ſibi menſe ſolet.
H ic anni dicam cur ſit ſurgentis origo:
In menſis prima quæ fuit ante die.
A n quod ab antiquis ad nos hac luce recepta
Venerit, illorum ne ſequeremur iter?
S cilicet authori generis quo Romulus annum
Traderet: hæc Marti tempora prima dedit.
A n quoniam hoc vaſti quondam primordia mundi
Menſe, putant populis orbe fuiſſe nouo?
A n magis in vires quia cuncta redire videmus?
Temporis & faciem cernimus eſſe noui?

Templũ viri non intrant.

Spica mane occidit.

Leo occultatur

Annũciatio virg.

Societas: nuptæ & earum feriæ.

Annus nouus hic eſt a fine menſis.

Mũdum hoc mẽſe creatum fuiſſe aiunt.

Nam nunc ſole nouo tellus aperitur, & æther,
Herbaq; per ſummam gramina tollit humum.
It vigor in flores, & frondens parturit arbor,
Aera nec docili carmine mulcet auis.
Vuida de grauido ſe prodit palmite gemma,
Neſcio quo blando lumine Phœbus adeſt.
Optat oues aries: exquirit fœmina tauros,
Et petit immundum ſima capella marem.
Temporis hæc ætas noua cum ſit, cunctaq; læta:
Annus ab his nobis iure nouandus erat.
An quod cuncta parens virgo reuocauit & æuum:
Factaq; quod cœli ianua prima fuit?
Poſſit vt omne ſibi dictum ratione probari,
Vltima ſit vero tradita cauſa ſuo.
Oua annũciatæ ab anu reponuntur. Inſitio plantatio
Quod fœcunda fuit: fœcunda hæc tempora mater.
Seruat, & hinc ſolers oua reponit anus.
Quod deus immenſus ſe clauſit viſcere matris,
Hac coit inſitio: plantaq; luce viret.
Sed ſacra iam niueas clauſerunt ſepta puellas,
Et matronales inſtruit ara choros.
Dote ſuis dicam cur illa, eſt pronuba nuptis:
Vndeq; feſta dies nuntia nomen habet.
Deus pater mittit angelũ virgini
Dena bis addiderant ſe ab Abramo ſæcula luſtris
Quinq; ferè: & cœptæ tempora pacis erant.
Quum pater omnipotens ne nos in tartara ferri
Cerneret: aligerum ſe vocat: atq; refert,
Terra eſt fide vigil, iudeam nomine dicunt,
Qua celebris Sydon, qua Tyrus alta viget.
Hic electa mihi eſt regum de ſtirpe (Mariam
Gens vocat) huc pennis labere ab arce tuis.

Atq;

A tq; fer hæc illi celeres mea verba per auras:
Q uam putat illa, mihi eſt ipſa futura parens.
C oncipiet natum æquæuum ſine coniugis vſu:
Caſtaq; vt eſt, caſto corpore mater erit.
D ixeris huic nomen (nomen dicebat opeſq;)
Adijciam flammas protinus ipſe meas.
H actenus: ille humeris pictas accommodat alas:
Accipit & tenera lilia cana manu.

Spiritus s. ſuperueniet.

Q ualis Atlantiades, ſi quando iuſſus in auras
Tollitur: in virga nuncia fertq; Iouis:
L abitur: & celeri liquidum ſecat æthera penna:
Nubilaq;, & ventos aere fretus agit.
I amq; volans caſtæ cernebat mœnia matris:
Parua, ſed æterno magna futura deo.
S tabat in his virgo: pendebat vitta capillis:
Læta quidem, vultu ſed dubitantis erat.
L egerat in ſanctam ventura oracula matrem:
Scilicet & ſtudijs his erat apta capi.

Virgo ſtudebat prophetiæ.

O rta dies nondum: nec adhuc diſceſſerat vmbra:
Tempore quo dubijs lucibus æra ſonant.

Tēporo quod aue maria dicunt.

T unc citus, & paribus cœleſtis nuncius alis,
Q ua ſunt tecta ſuum dirigit altus iter.
Q ualis aquas volucris, piſcoſaq; littora circum,
Talis ad hæc præceps pectore totus erat.
P arua feneſtra fuit: obliquo corpore lapſus
Proſilit in thalamos hac celer ante deam.
E xtimuit virgo: iuuenis quum forte timenti
Dixit aue, ad verbum rettulit illa ſinus.
G ratia erit tecum ſubit ò prælata puellis:
Q uam mirare, parens ipſa futura dei es.

Angelus aue ait virgini.

Concipies puerum fœlix ſine coniugis vſu:
Nomen erit Ieſus: cui dabit orbis opes.
Aequæuumq; patri vt parias hominemq; deumq;:
Non minus hoc caſto corpore mater eris.
Dixerat: hæc roſeo quum candida fuſa pudore,
Auditoq; rubens nomine matris, ait.

Rñſum virginis Angelo redditũ.

Nota mihi: magni veniet patris incrementum.
Qui deus & dominus totius orbis erit.
At mea virginitas cum uota ſit illius aris:
Quo fieri poterit mater vt eſſe ferar?
Omnia poſſe deo facile eſt ait ille: propinqua
Quæ fuerat ſterilis, nomina matris habet.
Ipſa dei virtus cœlo tibi ſtabit aperto:
Illa erit & numen, filius illa patris.
Ergo recuſantem tandem, multumq; timentem,
Mouerat orator: quum pia fiat, ait.
Fiat ait: ſubito quum circum lumine fuſa eſt:
Perq; comam flammæ virginis arſit apex.
Concipitur verbum: ſtupuit natura: pauentq;
Tartara: concuſſus ter tonuitq; polus.
Carne deus tegitur: tumidus fit pondere venter.
Vnde die hac lædi carnibus ora timent.

Somnus virginis de chriſto futuro.

Facta ſeni narrat: tacuit: ſopor occupat artus:
Viderat in ſomnis plurima, viſa refert.
Vitis erat dixit: ſeges illi iuncta: ſed amni
Proxima: quæ multas pinguis alebat aues.
Indeq; erant viſæ bis ſenæ aſtare columbæ:
Quæ ſegeti, & viti, limitis inſtar erant.
Pampinus attigerat producto palmite cœlum:
Sydera texebat gramine ſumma ſeges.

E cce ferox miles ferrum properabat in illas: Myſterium paſ ſionis.
Pulſæ aberant canibus per loca ruris aues.
D ixerat illa: ſenex ſit felix dixit imago
Noctis: & à votis non aliena tuis.
F orte Iouis ſopor hic magni peruenit ad aures:
Virgine di veteres matre fugamur ait.
D icta fides ſequitur: cœli illi ex arce fugantur:
Virgoq; cœleſti pignore mater erat. Figura virginis in pallade fuit.
N upta quod ergo fuit felix: ſit pronuba nuptis:
Quodq; tulit lux hæc nuncia, nomen habet.
O mnibus è templis cur eſt ſuper æde Mineruæ
Iam poſcor: vicit virginitate deam.
N am patris ex vero fuit hæc de vertice nata:
Sancta quod ex vtero credita matris erat.
O ccidit illius ſapientia: naſcitur huius:
Illaq; Erictonij eſt: mater at iſta dei.
E rgo deæ victæ calcata iuſſit oliua,
Sacra ſibi hic fieri, virginibuſq; coli.
I uſſit aue & ſeræ ſub prima crepuſcula noctis, Canticũ ſalue per aras in ſe ro.
Quælibet ad laudes quod facit ara, cani.
H uc venit & patriæ pater: & dat dona puellis:
Claue vicem domini virginis ille gerit.
S ed dat ſigna venit: procumbite ad ora Quirites:
Curia iam plena eſt tota videnda via.
P rò ſuperi: quantus diffunditur agminis ordo:
Eſt hic, & Petri limina cœtus habet.
A lta coronati ſubeuntur limina templi: Nuptarũ per forum põpa.
Pompa fit: & niueas aſpicit ara nurus.
C arbaſus ora tegit: pudor eſt in munere noſci,
An magis hoc olim quod noua nupta facit?

Ecce ſed incedunt ceu binæ ad tecta columbæ:
De geminiſq; alter monſtrat ocellus iter.
Perq; manus ductæ redeunt: templumq; coronant:
Cum face matronæ, cumq; puella face.
Iam numerat vulgus redeuntes, paſtor vt agnas:
Et laus in numero eſt per fora, ad ora patris.

Téplum Annũciatæ extra vrbem.

Accipiunt monitus, dotemq;: occluditur ara.
Tertius hinc aperit quam quoq; ab vrbe lapis.

Coruus veſpere totus apparet.

¶ Hinc vbi tot luces, Charitum quot nomina, Coruus
Totus ab eois exorietur aquis.

Iordanis mergi incipit in oce.

¶ Tres huic adde notas, amnem feret vltima ſacrum:
Triſtia, qui prima crimina lauit aqua.

Fabula de natura mẽſis

¶ Finis erat menſis: ſi ruſticus ora reflectit
Mars ait: in plumas coget abire tuas.
Audijt hoc paſtor: diſceſſit perfidus inquit,
Cui male ſit: teneras nec mihi læſit oues.
Verba mouent iram: Mars in ſua terga reflexus
Mutua ab Aprili tempora quarta petit.
Haud mora: hyperboreos montes, alpeſq; niuoſas,
Occupat: atq; gelu ſiccus adurit humum.

Sæpe vites & ſegetes hoc menſe patiuntur.


Prodierant gemmæ: tactæ riguere pruinis:
Prodierant ſegetes: frigore læſa ſeges.
Grando fit, occumbunt teneræ cum matribus agnæ:
Tecta cadaueribus tota latebat humus.
Pœnitet in menſem paſtorem dura locutum:
Quum redit: & ſupplex vota preceſq; facit.
Temporaq; Aprilis iungit, numerumq; dierum:
Et cauet his: ſeptis nec procul ire parat.
Noſſeq; poſteritas quo poſſet tempora, fecit
Nomina, ridebit qui tamen illa leget.

C ucceus erat primus: ſequiturq; Bacucceus: ab iſtis
Heremus & Steranus proxima ſorte tenent.
F abula narrata eſt: Venus inſtat: ſolue Gradiue:
Curriculo tacta eſt tertia meta tuo.

Nomina ruſtica diebus malis data.

Explicit liber tertius.

SACRORVM FASTORVM LIBER QVARTVS.



¶In hoc menſe Aprili, ver quod per puerum de terra exeuntem ſignificatur, fabuloſum à venio, verificatur à veniente à ſepulchro chriſto: qui verum ver nobis fuit: & menſis Aprilis olim à fabuloſa veterũ opinione, ab aperto tempore, vel aliis cauſis vanis dictus, ab aperto illius Sepulchro, quod in hoc menſe ferè ſemper contingit, dici debet. Tutela olim Veneris, nunc Philippi.

HVic quoq; quærebã data cur hæc nomina menſi:
Nec minus in dubio eſt cauſa repta mihi.
P ulſaq; non certo ſtabat mea puppis ab euro:
Et dare diuerſis vela iubebar aquis.
P ierides dixi: quando vos vera poteſtis
Noſcere, qua teneat dicite curſus iter.

Introdu-ctio triũ muſarũ, e quibus pría erato loquitur.

H æc ego: quum veniunt faciles Heliconis alũnæ:
E quibus eſt Erato ſic prius auſa loqui.
C um ſit molle mihi tenerorum nomen amorum:
Sitq; Venus numen non minus ipſa meum.
N il niſi quod fas eſt dicam, dignum ue ſorores:
Iudicium veſtrum: mox ſubitura meo.
V t taceam Martis primam, Veneriſq; ſecundam
Iliades ſortem, quam dedit ante deæ:
Q uodq; ſuis gradibus troiana ingente reperta,
Mitis Iuleos fecit in vrbe deos.
Q uodq; eadem pulchra eſt hoc pulchro tempore digna:
Q uodq; fuit Marti continuata ſuo.
H æc elementa prius (ſit fas hinc cœpta moueri)
In quibus hæc nunc ſunt: iunxit amore locis.
H æc aperit tempus: hæc pellit frigora vere:
Hæcq; ſatis vires arboribuſq; refert.

Venus oĩum dicta eſt mater.

H æc dea quod tellus, quod mobilis educat aer,
Q uod mare, quod cœlum, numine ſola creat.
T olle illam: magnæ fiant ſine ciuibus vrbes:
Nec populos, quos nunc poſſidet, orbis habet
N omina natorum ſint nomina nulla parentum:
Q uæq; roget, quondam victima nulla deos.
H ac duce nunc volucres demulcent æthera cantu:
Et variè ludunt luxuriantq; feræ.
I lli floret humus: ridet ſine nubibus aer:
Miteq; fit pelagus: lunaq; ſolq; redit.
D icta ſed à ſpuma eſt: hoc parcite velle negare:
Vnde ſibi menſis nomina graia meret.
A dde quod & cultus, quod nobis fecit amores:
Iam ſaltem menſis nomine digna foret.

T empora ſed videor fruſtra quia iure tueri:
Hoc valeat vero cum mea cauſa ſuo.
V os moueat tandem dea, quæ coniuncta Gradiuo:
Fabula, laſciua eſt ſed tamen apta mihi.
F orte deæ magno cum Mars arderet amore:
Ocia quærebat: paceq; lætus erat.
N ec via longa deo, nec ſcuta, nec haſta, nec enſis,
Sed cytharæ curæ molleq; carmen, erat.
S enſit id alma Venus (quid nam non ſentiat illa?)
Obuia amatori venit ab arce ſuo.
I bat is è caſtris: vidit: viſamq; cupiuit:
Tempus & eſt inquit: continuatq; gradum.
N ouerat ardentem: ne ſim dea ruſtica ſecum
Ibo ait: ardenti ſubueniamq; meo.
P roxima fit: prendit: verbisq; vt callida tangat:
Quo ſit iter dicit: an valeatq; rogat.
I lle prius ſpectat: mox ſic ſuſpiria ducens:
Vt valeam à noſtris in tua caſtra feror.
A udit vt hæc: illi fallax ſubriſit: & inquit,
In mea tu potius, an magis ipſa tua?
A tq; illum dicens laſciua incendit ocellis:
Vror ait Mauors: tunc dea reddo vicem.
R eddo vicem repetit, colloq; inſedit amantis:
Oſculaq; amplexo pauca, ſed apta dedit.
I ndeq; ne votum tanti differret amoris:
Ad lectum furtim præuia fecit iter.
C olla ibi iunguntur nudis aſtricta lacertis,
Fitq; proterua Venus, ſe implicuitq; deo.
Q uid Vulcane facis? non hæc tibi dixit Apollo:
Ad furtum, neſcis? hæc via prima fuit.

Fabula antiqua ad rōnē menſis.

Venus cū Marte cōiungitur allegorice.

Captus ab illecebris poſita tunc caſſide, & haſta,
Ah qualis Mauors, qualia bella gerit.
Qui, cum grata foret poſitis concordia telis:
Bella valete inquit, pax mihi ſemper ades.
Hoc vtinam multos dictum ſeruaſſet in annos:
Non Roma infeſto damna ſub hoſte ferat.
Finis erat queſtus: requierat murmur amoris:
Amborumq; ingens corpore languor erat.

Terra germinat coeunte Marte & Venere.

Quum ſubito tellus contagia ſenſit amantum:
Veraq; caput primæ cinxit honore roſæ.
Semina conſpiceres vrgere cacumine terram:
Molleq; non vno flore nitere ſolum.
Quiq; aderant multo detonſi frigore colles,
Ceperunt denſas per iuga ſumma comas.
Sponte ſua tergo quæſiuit vacca iuuencum:
Atq; mare inſtanti prona ſalitur ouis.

Cultus & ornatus primus.

Fœmina tunc primum blandum cognouit amantem:
Tunc ſtudium cultus primaq; cura fuit.
Tunc elegi placuere mei: duræq; puellæ
Eloquio victæ mane dedere manus.
Mirtæq; fidem iuuenis prope nocte iacentis,
Viderunt teneris limina fuſa roſis.
Tunc digitis gemmas, tunc tradere crinibus aurum
Cœptum: tunc artes mille fuere viris.
Cum ſint hoc igitur Veneris tot tempore dona:
Liuor erit: menſis ſi eripiatur honor.
Dixerat hæc Erato: Venus & cepiſſet honorem:
Ni contra Clio ſic foret orſa loqui.

Clio loquitur.

Tempus erat nobis mendacia demere rebus:
Veraq; germanæ certaq; iura ſequi.

A nte nouos ignes, ventos, terramq́; , fretumq́;,
Hæc rerum moles vnus aceruus erat.
A t deus obſcura poſtquam res lite redemit:
Inq́; nouas formas iuſſit abire Chaos.
S umma ferunt ignes: ſtat proximus ignibus aer:
Hicq́; premit terram: terraq́; preſſit aquam.
N e loca vana forent, habitantibus addidit ortus
Solis & occaſus, nocte ſequente diem.
I rriguos imbres ſuſpendit, & aeris vſum:
Signatumq́; dedit margine limen aquæ.
M ontibus extenſis valles adiecit, & antra:
Q uæq́; ferat fruges addita terra fuit.
H inc Natura ſata eſt: quæ totum temperat orbem,
Illa, quaq́; ſata eſt, optima dicta die.
A duocat hanc coram rerum fabricator, & orbis:
Atq́; modo huic natæ, talia magnus ait.
S alue magna parens poſt me, rerumq́; poteſtas:
Maxima conſilijs orbe futura meis.
O cia ne ſubeas: mea ſit vis prima creandi:
Naſcendi (vnde nota eſt) forma ſecunda tibi.
I taq́; quo poſſis, faciem nunc accipe mundi:
Cum vi & multiplices corpore vaſta ſinus.
V bere mille geras, amplexus mille ſub illis:
Accipiat vultum noxq́;, dieſq́;, tuum.
Z ona ſit obliquus duodenis ignibus ordo:
Sintq́; oculi capiti, lunaq́;, ſolq́;, tuo.
M ille tegant rerum ſpecies, te mille colores:
Pulchraq́; ſis vultu tota, nec vna, tuo.
F ax tibi pro ſceptro, pro vi tuus ignis, & ars eſt:
Progrediens certa ſemina gigne via.

Naturæ origo a chao eſt.

Pluuiarũ & ventorũ deſcriptio.

Natura zodiaco cincta e.

Corpora cuncta moue, pariter quoq; mota coerce:
Ordo ſit hic: expers ne rationis eas.
Hæc deus, in ſolio dea quum ſublimis in orbe
Conſtituit è ſummo conſpicienda loco.
Inſiſtens ſcabilli, recti fidiſſima cuſtos,
Iuncta deo donis officioſa ſedet.
Natura oībus eſt dicta mater.
Iuraq; dat terris, ventoq; igniq; mariq;:
Fertq; ſub imperio corpora cuncta ſuo.
Temperat his mundum, fœcundaq; dicta viciſſim
Omne genus gremio promit ab ipſa ſuo.
Venus excluditur a mēſe Aprili
Pace tua Venus hæc vera eſt: tu ficta putaris:
Hac duce nam ſpumis naſceris ipſa tuis.
Primaq; concordi, non tu, pace iſta ligauit
Corpora: quum in ſpecies omne coiuit opus
Iſta creat nobis quicquid noua corpora gignunt:
Perq; orbem vacuas non ſinit eſſe domos.
Hinc pecus omne venit: facit hinc auis arbore nidos:
Et luteum Progne ſub trabe fingit opus.
Concipit hac fœtus duce tellus, reddit eadem
Hos duce: & hinc rebus ſunt alimenta nouis
Accipit hinc magnæ ſibi iure vocabula matris:
Suſcipis indignè quæ Venus ante tibi.
Ergo facta parens ab aperto munere rerum
Debeat Aprilis munus habere ſui.
Dixerat: erubuit vero Cytherea reperto:
Reddidit & titulum tacta pudore deæ.
Stabat honor menſi firmatus voce ſororum:
Viſaq; erat vero cauſa probata ſuo.
Vranie loquitur.
Quum grauis Vranie ſtellis redimita capillos
Surgit, & in medium talia verba iacit.

I pſa licet taceam, mea ſunt iam nota ſorores
Munera, pro vero ſydera teſtis erunt.
N on erit abſurdum de tempore reddere cauſas
Si ferar, ex aſtris tempus it omne meis.
N ondum forte Hyades, nec Pleiadas, ipſa regebam:
Nec tua nota mihi luna ue, ſol ue, via.
C ur Cynoſura tua eſt gens ſydonis aſtra ſecuta:
Cur ue Elicen ſpectet nauita graius aquis.
Q uid ſit vterq; polus: quid ſignifer ipſe moneret:
Q uid ue boues ſeri, tarda ue plauſtra boum.
O mnia confuſa veri ratione latebant:
Nec titulus ſtellis, nec mihi nomen erat.
M axima enim nuper, reſerarat machina vultum:
Et noua erant populis omnia facta ſuis:
S tabat et æternum Saturno rege ſub auro
Ver: facies primi temporis illud erat.

Prĩa anni facies ver fuit.

I nde vbi iam venit rebus ſua diſcolor ætas:
Lucifer in partes vnus et alter abit:
T unc ſibi hyems, æſtas, autumnus, nomina verq;,
Cepit, & inceptus gentibus annus erat.
T raditur imperium mihi cœli, traditur artis.
Deq; illo primum nomina nota tuli.

Origo priorum annorũ.

L uſtra paleſtini duce me tunc prima tulerunt:
Venit ad Iliadas per loca multa labor.
H inc fuit exactus, qui nunc eſt, curſibus annus:
Non ſacer vt nunc eſt: ſed tamen ille fuit.
I nterea cœlo quos non potuere gigantes
Pellere, facta parens vna puella fugat.
E didit hæc magnum cœleſti ſemine partum:
Amiſere polum numina priſca ſuum,

Vltia annratio à chriſto.

V oce quidem mores hominum formauit, & annum:
Subiecitq; orbem legibus ipſe ſuis.
M ore lycaonio tandem præcepta ferentem
Inſtantes agnum corripuere lupi.
O ccidit indignè, paſſuſq; opprobria mortis
Signa dedit populis occubuiſſe deum.
R edditur ex vmbris: tremuerunt tartara regem:
Et gemuit vulſa regia cæca ſera,
T unc meus eſt patribus, populiſq;, adapertus olympus:
Menſe ferè hoc ſemper facta redire ſolent.
A ſtra reluxerunt: reuocauit lumina Phœbus:
Luceq; defectos luna repleuit equos.
E ſſe piæ volumus ſi nos ſanctæq; ſorores:
Cum modo nec Pallas, nec ſit Apollo, deus.

Aprilis ab aperto chriſti ſepulchro dictus.

S it ſacer Aprilis ab aperto mane ſepulchro:
Et datus antiquis eripiatur honor.
D ixerat Vranie dictis plauſere ſedentes,
Iſtaq; de tenebris lux redeuntis erat.
T unc ego Pierides dixi mea vota ſecutæ,
Q uas poſſum grates officioſus ago.
S ed ducibus vobis quoniam de littore ſolui:
Q uæ vehit, in portum deferat aura ratem.

Amb. doctori in via lombarda.

¶ Iam pater Heliadum quater ad ſua lora redibat,
Curribus & iunctos ſollicitabat equos.
I bam forte viam, populus cui nomina fecit:
Q ua prope flamniam gramina campus habet.
V icus erat: dederat Padus & leuis accola nomen,
Non procul à ripis Albula Tybri tuis.

Mos ſalzādi ī ſu

C ymbala pulſabant: diff labat tibia cantus,
Prouehor, in media detineorq; via.

P ars etenim triuijs, pars feſtis læta tabernis, briumvñ eſt.
Hic erat, artifici pars pede pulſat humum.
C um pare quiſq; ſua faciles ad gaudia palmas
Iactat, & in certos corpora verſa modos.
A ere chorum hi reuocant, diffuſis hiq; capillis
Ludus erant, agiles tum pede tumq; manu.
L anguor erat feſſo, ſubit alter, luceq; tota
Luditur, in multo deſipiturq; mero.
N on procul hinc templum præcinctũ fronde virebat:
Thuribus Ambroſio ſtruxerat ara focos.
Q uæro ioci cauſam, quum ſic è pluribus vnus
Protinus è medio rettulit ore choro.
Q ua phryx ante ſenex, Apenniniq; coloni,
Et phaetonteo proxima rura Pado,
A rrius abſtulerat noſtris immaniter aris,
De templo veros expuleratq; deos. Arriani olim hæretici.
Q uum ſubito ſumptis cœleſtis paſtor habenis
(Ceu ſtat adhuc) celeri cuncta redemit equo.
P ar vt erat, patrium ſtruxerunt ſacta triumphum,
Victor ad inſubres quo pater ipſe redit.
P ompa dedit ſalios, facimus fecere quod illi:
Araq; nunc repetit, quos tulit ille iocos.
G allia vicina eſt, præbebant vina triumphi:
Hactenus, & poſito rettulit ora mero.
A lter ab hoc ſurgens cauſam tibi plenius edam
Hanc ait, eſtq; aliter penè locutus idem.
D ixit enim Baccho præbebant vina priores
Mellaq;: mella patri, vinaq; noſtra damus.
H auſit nam illa puer, læta eſt Inſubria vino:
Sunt ſatyri Baccho, ſunt pariterq; ioci.

Ad ſacra vtroq; iuuat feſtis gaudere diebus:
Vtimur & patriæ moribus vrbe Remi.

Romæ faciũt in ſubres quod ſoliti in patria.

Nunc fit id in triuijs, & feſtis forte tabernis:
Scilicet & veris tempore facta iuuant.
Fiet & ante focos (hæc bis nam ponitur ara)
Quum referet gelidas frigida bruma niues.
Dicta ioci cauſa eſt: tibi ſi facundia curæ
Mellea, da duo quas petit ara preces.
Dixerat, & ſaltu dudum poſt pocula facto,
Cum pare diſcuſſis ſaltat in ora comis.
Ingredior templum: patrum diſceſſerat ordo:
Et pariter ſocias ſoluerat ara manus.
Da pater ergo meos dixi florere libellos:
Et ſparge ambroſia pectora noſtra tua.

Puppis oritur veſpere. Dimidiũ piſcis Septẽtri. veſp. occid. Preces fiunt a pueris pro pluuia.

¶ Luce ſequente, polo, vexit quæ numina, puppis:
Quæq; regit terras, ſole cadente micat.
¶ Cras ſimul & piſcis ſeptem de parte trionum
Sole abeunte fugit: dimidiuſq; latet.
¶ Victus inops fuerat: fruges ſeges ægra negabat:
Imbre quod à nullo ſparſa ſitiret humus.
Spem macer, & ſiccis fallax aquilonibus annus
Dempſerat agricolis: ingrueratq; fames.
Aere cibus patrum pietate dabatur egenis:
Araq; pro cœli quæq; rogabat aqua.
Signa ferunt, pompa puerorum ducitur agmen:
Orbos Roma vocat relligione noua.
Facta cano: pluuias ſegeti elicuere precando:
Factus & his nobis fertilis annus erat.

Vincẽtio grauidarũ feriæ.

¶ Tempus idem poſitam Vincentius optat ad aram:
Votaq; pro pueris, virginibuſq;, capit.

Admoneo: cedas procul hinc procul impia mater:
Seu tua triſtis Itys: ſeu Meleagre tua.
Seu quæcunq; fuit non nomine digna parentis:
Et ſcelere in partus ſæuit acerba ſuos.
Scilicet, in partes cum ſectus quatuor eſſet:
Hoc duce, in articulos it puer ipſe ſuos.

Sectus a matre puer ſanatur.

Ex illo immanes hic odit crimine matres:
Illato & pueris vulnere, præbet opem.
Viuat Itys: huius ſi Progne deferat aris:
Medeæq; ſuo corpore frater erit.
Quid ſtas nupta: tuo quod non medicamine fiet:
Munere placato numine, mater eris.
Mater eris: quoniam fecit quoq; pignore matres:
Cum ſteriles tardo coniuge penè forent.
Intumuit venter: nec te Lucina rogantem
Audiet: & partu mortua penè iaces.
(Soluit enim multas) ſeu mas ſeu fœmina fiet,
Da thus, partu aderis, thure ſoluta dato.

Parientū preces a diuo audiuntur.

Aeger erit natus pariter: paſſuſq; periclum:
Læta noue ſpolium: ſentiet æger opem.
Fiet & incolumis: ſi votus detur amictus
Concolor: & ſimilis tradita veſtis erit.
Nupta tibi dicta eſt: nunc cauſam ſedulus edam:
Cur iuuat in bello militis ille manus.
Siue quod agreſſi ſtupuerunt turpiter hoſtes:
Armaq; conſpecto deſtituere patre.
Nāq; genu poſito palmas extendit inermes
Turba: & ſacratos corruit ante pedes.
Seu quia de noſtris ceſſit Victoria templis:
Nomine & illius nomen habere putant.

Pro victoria Vincentius colitur.

Proxima nam iunctum victricia ſigna ſacellum
Spectat, & à facto res capit ipſa fidem.
Seu quoniam ſacrum poſuit ſuper æde Mineruæ:
Vnde duci victrix inſit oliua manu.
Seu placata fidem quod virgine fortis vtraq;
Hic viſus ducibus, militibuſq;, fuit.
Vota virum ſcribit: pandit victoribus aram:
Militis & fortes reddit ad arma manus.
Hinc victore tulit romano milite ſigna.
Illaq; pro multis aſpicit ante focos.

Certãtes poetas Vincen. audit & eo duce coronantur.

Plaudite Pierides: media ſtat cenſor arena:
Cuiq; ſit ex merito laurea danda videt.
Nec minus & partes has Palladis ante putamus:
Artibus & pater eſt mitis vt illa fuit.
Galli vera probat templo ſuſpenſa tabella:
Hoc duce qua laurum ſe meruiſſe docet.
O mihi ſi tantum concedant numina famæ:
Hocq; velit Bacchus, Pierideſq; meæ.
Victor vt in media vates ego cernar arena:
Meq; probem curam numinis eſſe mei.

Vincen. inuicti Cæſaris aduocatus.

¶ Hic quoq; te Cæſar iam cura domeſtica tangit:
Num quod in hoc vincis? an quod iberus erat?
Hoc duce, cognati nam quum ſtant prælia Martis:
Te memorant ſemper conſeruiſſe manus.
Quam bene, dum celebri tua munera ſumit ab ara:
Atq; tua à victo non vacat hoſte manus.
Dum ſequeris diuum: ſequitur te fortiter ille:
Victorem tyria reddit ab vrbe tuis.

Aduẽtus Cæſaris in vrbẽ.

¶ Vox erat ecce venit: crepuerunt omnia plauſu:
Teq; capit gremio culta Capena ſuo.

V iſus & es, poſitis læua dextraq; figuris,
Inter Scipiadas tertius ire tuos.
T alis erat libycis ludos quum Cæſar ab oris
Rettulit: & victo parta trophæa Iuba.
H oc & idem factum Cytherei tempore menſis:
Sis vt in Aprili tu quoq; pompa tuo.
I am te pacis opus ſpectabat: Velia iam te:
Iunctaq; cum Veſta regia parua Numæ.
A rcus erat: generis reges hic cernere iuſſus:
Atq; tua forti prælia geſta manu.
C onfuſaſq; acies bello, victaſq; paludes,
Aequoraq;, & cæſis oppida capta viris.
A dde tot his homines exutos vincula noſtros:
Barbaricis fuerant qui modo præda deis.
S ub pede lugebat quondam defenſa Corone:
Mœſtaq; contuſis igne Guleta genis.
R eddita pœnorum ſplendebant mœnia regi:
Addita ſed titulis nominibuſq; tuis.
H inc tibi pons aditus: fratrum patrumq; ſigillis,
Sacraq; erat moles plauſibus aucta tuis.
S iſtere equos faciunt demiſſa tonitrua flammis:
Terruerant animos non tamen illa tuos.
C ontigeras templum: victricia ſigna ſecutus
Duceris exceptus patris ad ora choro.
O ſcula iunguntur: iunguntur colla duorum:
Qualia qui claui, qui valet enſe ſolent.
N octe coronatæ micuerunt lumine turres:
De ſtipula & medijs dolia plena vijs.
S icq; tuo felix gauiſa eſt Roma triumpho:
Iuſſit & hanc faſtis Cæſaris eſſe diem.

Arcus ouans & triũphalis apud S. Mar.

Complexus Cæſaris & Pontifi.

Aries incipit decedere veſpere.

¶ Iamq; vnus, iamq; alter erat ſibi Lucifer ortus:
Terq; ſuas paſter dinumerarat oues.
Cedere quum cœlo tuus Iſace laniger optat:
Aſtrigerum & ſeris mergere vellus aquis.

Pes ſiniſter virginis aſcendit.

¶ Eſſe poteſt Helle: ſed non eſt: tollit ab vndis
Candida quæ læuum luce ſequente pedem.

Sol in tauro.

¶ Aſt vbi præteritas lux nonas ſexta videbit:
De face ſemimaris Phœbus abibit ouis.
Indeq; digreſſo ſummittet cornua Taurus:
Et ſua ſummiſſis altera cauſa manet.

Ioſephi taurus ñ Europæ qui in ſi. fuit.

Cum boue nutrierat ſibi forte Ioſephus aſellum
Rura petit: cœli ſubſequiturq; puer.
Sic vt erat noſtri iam ſanguinis ille, deuſq;,
Cum boue graminea ludere cœpit humo.
Et modo mulcebat molli palearia dextra:
Et modo paſcenti gramina ſecta dabat.
Deniq; is adiutus tergo pueriliter hæret:
Vrgenti ſimilis, ſollicitatq; pede.
Siue quod ad cunas (ceu fas eſt credere) nouit:
Seu data quod tenera iuuerat herba manu.
Dum deus alludit: ſenſim procumbit: ab illo
Deſilit hic ſolers: & noua ſerta parat.
Fecerat: adnectit pictos per cornua flores,
Purpureiſq; ligat collaq; & ora roſis.
Aſpicit: atq; placet, genitor quum è vertice cœli
Quo ſtabat, placido ſic ait ipſe boui.
Gratus eras cunis nato gratiſſimus agro:
Ignea ſint meritis ſydera noſtra tuis.
Vix ea quũ ille latẽs ceu tũc eſt parte per herbã,
Peſq; vagus læua dexter aduncus humo:

S umma petit: ſummo qua pars nitidiſſima cœlo:
 Atq; roſas ſecum pictaq; ſerta trahit.
Q uotq; illi fuerant flores, formantur in ignes:
 Splendidus inq; polo ſydere totus erat
¶ Tertia pontificis lux ſacrum ſpectat Iuli, Iulii pa. feſtũ palatii.
 Curia iudicijs ſemper honeſta tuis.
¶ Qua via flaminia eſt, firmans in arundine greſſus
 Læta domum feſta fronde redibat anus. Andreæ caput ex cipitur.
Q uæ ſacra ſint quæro: Pelopis caput inquit ab oris
 Piſcatoris habet non procul ara ducis. Labra arietis occidunt veſp.
¶ Hinc Milui rediens quoq; tunc de ponte viator:
 Cras ait: at ſerus, laniger ora teget.
¶ Q uartus ab eois properabit Lucifer ortum: Cæſarẽ põtifi. ſacrũ adit.
 Demittetq; diem: præuenietq; Venus,
D eq; ſuo Cæſar cupiet te cernere cœlo:
 Inq; coronati fundere colla roſas,
V ox erat: Auguſtus ſolennem cultior aram
 Cum patre thura focis impoſiturus, adit.
V enerat, & tantum diſtabat ſorte Tiaræ:
 Cætera nam cultus pontificalis erant.
T alis ab Oceano radijs redimitus Apollo
 Chryſolithis ſummo reddit ab orbe diem.
M agnus ab Aenea pater hic deductus, & ille:
 Hicq; hominum dux eſt, dux tamen ille ducum.
N ate deo, dea magna parens, tu frater, & alter,
 Protegite imperij pignora iuncta duos.
¶ Tunc etiam mundo quæret decedere ſydus:
 Angulus in ſtellis cui nota ternus erat. Triãgulus icipit occid. veſp.
¶ Cæſar vt opproprium, cognataq; bella recuſes:
 Ad fœdus cras te Gallia ſancta vocat. Gallia

ad fœdus Cæſarē vocat.

A h ſi Pompeius, ſi ſic feciſſet Iulus:
Quanta foret virtus itala, quantus honor.

Taurus ēcipit occid.

¶ Tertia de cœlo ſortitum ſydera Taurum
Lux videt æquoreis mergere terga vadis.

Palilia celebrantur.

¶ Cras aderunt priſcum tibi Roma Palilia feſtum
De capitolino conſpicienda iugo.
E rgo age natali non tactas indue veſtes:
Ciuibus & fias candida tota tuis.
S ancta Pales aderit: facit illa vocabula feſto:
Non minus à ſeptis ad tua feſta ſuis.
T exerat ante nouo formoſus ouilia ramo

Romulus & Remus, in ſigu. Petri & Pa.

Romulus, & frater, paſtor vterq; tuus.
H i tibi ne deſint: præcinget ouilia ſertis
Enſifer, & frater, paſtor vterq; tuus.
T ertius his iunctus pater eſt: paſcentis ab alto
Qui ſibi commiſſi ius gregis omnis habet.
H is igitur ducibus tibi Roma renaſceris: biſq;
De ſtipula tranſis: quum iubet ara, focos.
S cena ſtat, & ludi, fortes ſpectate Quirites:
Diciteq; hæc noſtræ feſta parentis erant.

Recitationes publicæ.

C armina cantantur: capiunt ſua præmia Mimi:
Scripta placent: laudes ipſe poeta refert.
F inis erit rerum: redeant vt feſta quot annis:
Romæ quiſquis ades læta precatus abi.
A rceq; de ſumma victum dic ſpectet vt orbem:
Qua patet exoriens, occiduumq; latus.
P ace ſacroq; ſuo fiat caput ante quod armis:
Gentibus & terras omnibus vna regat.
D ixeris: adiungas cum patre renaſcere ſemper:
Nataliſq; frequens adſit, catq; tuus.

L uce ſequente aſtris Hyperionis igne fugatis
Florida dimidij tempora veris erunt. Medium ver.
Cæſar in Aprili ne te pars vlla relinquat:
Cras tibi de bellis inda tributa feret. Tributa ad Cæſarē ex India.
S it licet & Ganges nondum tuus: India fert hæc:
Mox tibi dum victas porrigat ipſa manus.
T unc etiam mater quum iam ſe roſcida clauſit
Memnonis: & Veſper ſydera luſtrat equis. Clara in pede mali Nauis Argo veſpere occultatur.
H ac qua parte ratis ſe iungit in æquore malo
Clara: ſub heſperijs tota latebit aquis.
Exoriente alta auritum caput occulit vnda
Sole lepus: celeres effugietq́; canes. Caput leporis. mane occultatur
Caſſide conſpicuus, ſumptaq́; Georgius haſta,
Tunc quoq́; cum diro bella dracone geret. Georgeo galcato.
E rgo qui clypeo, ſigno, ferroq́;, corruſcas:
Ad tua quæ canimus Bellice feſta veni.
E ſt quod inermis agas: acies, bellumq́; relinque,
Nunc tibi deuicto ſi quid ab hoſte vacat.
M auors pace tua ſomno furtoq́; puellam
Fallis: arenoſo qua Tyber amne ſonat.
I ſte ſuam gladio, fortis defendit & haſta,
Q ua madet infeſto mœſta Silena lacu.
V rbs fuit hæc celebris (iuuat hinc nam facta referre)
Diri obſeſſa tamen peſte ſed anguis erat.
Q ui licet infeſtus miſeris tunc ciuibus eſſet:
Finitimis etiam maximus horror erat,
A d Tripodas mittunt placari triſtia Phœbi
Humano, & pecudum viſcere, dicta iubent Draco hominū & pecudū viſcere placādus erat.
A bſumuntur oues: homines à ſorte petuntur:
Nigraq́; confuſum funera vulgus erant.

H inc ventum ad natam eſt regis: pater acta recuſat:
Cogitur ad ſortem ſtare ſed illa feræ.
V nica erat patri: lux venerat: obtulit angui:
Oblata hac ingens vndiq; luctus erat.
P ompa fit: exequias ſpectant: lugentq; parentes:
Funereiſq; tegunt corpora mœſta togis.
I nterea ad ſcopulum: ſtat vt hoſtia triſtis ad aram,
Vincla manus ſtringunt, vittaq; nigra comas.
Q ualis & Andromede Ceto deducta marino
Linquitur: abſcedunt: languit illa metu.
Q uodq; licet: monſtri tantum ſpectabat in antrum:
Hinnit equus: viſi voce reuixit equi.
A tq; fuge exclamat: fuge diro quiſquis ab angue,
Sitq; ſat ob patriam me periiſſe meam.

Pugna Georgii cum dra cone.

D ixerat, è ſumma tollit quum roſtra palude:
Virus & inſtantem colligit anguis equum.
O raq; non vna tumefactus ſibila lingua
Mittit, & inflexo corpore verrit humum:
H oc eques inſpecto: timeat ne funera virgo
Admonet, & forti ſic ſuper inquit equo.
A lma faue tortos Crux vincere docta dracones,
Hactenus, obliquis ſignat & ora notis.
Q ualis et hinc dirum Pythonem Phœbus in anguem,
Inq; anguem qualis Cadmus it ipſe ſuum.
T alis in aduerſum vertit ſua pectora monſtrum:
Complexuſq; haſtam pronus adegit equum.
C oncutit ora atrox: maculoſaq; terga reflectens
Rem ferus inſidiis, agminibuſq; gerit.

Draco haſta ſu peratur.

S urgit in hunc, miles preſſoq; in gutture ferro,
Occupat: & valida traiicit ora manu.

V oluitur ille ſolo: ſic vt quoq; viueret idem:
Cogitur in laqueum: ducitur inq; forum.
T urba ſequebatur, caſum admirata, ducemq;,
Deq; illo ſermo per loca multus erat.
P arſq; virum ſanctum, magicam pars iudicat artem
Pars q; nouas vires, ingeniumq; putat.
V enerat ad regem: venientem amplectitur ille,
Atq; ſuam: laudes numinibuſq; refert
I nterea ante duos tota concurritur vrbe:
Verſus & in populi gaudia luctus erat
S pectat quiſq; feram: reduci plauſere puellæ:
Enſe draco cæſus pectore planxit humum.
P oſcit aquam vulgus, victori ponitur ara:
Pendet in hac anguis, qui modo terror erat.
D icere Io Pæan, & Io ter dicere Pæan,
Rex iubet, alternos inſtituitq; choros.
P erq; annos duci monet in ſpectacula caſum:
Vnde datur multis annua ſcena locis.
A ddidit & ludos, eques illis vtitur haſta:
Inſuber hinc celeri præmia ponit equo.
V enit ad inſignes victoris fama Quirites,
Marteq; pro priſco eſt cœptus in vrbe coli.
Q uare, quiſquis erit Martis data iura ſecutus,
Seu pilum princeps, ſiue ſit haſta viro:
D um vacat à bello, det ſancto thura Gradiuo:
Hacq; ferat caſtris ocia iuſſa die.
I nterea, ſi fas caſtis audire poetis.
Et pariter diuum reddere verba pater.
P ompa quid, & cur dat dic Curia dona miniſtris:
È Capitolinis huc tibi ducta iugis.

Dracooe ciditur ĩ foro corã populo.

Georgi. us gradi uus chri. ſtianorũ

S ic ego: depoſita quum caſſide venit: & inquit
Q uæ poſcis, dictis diſce poeta meis.
G ens erat à veteri traxit cognomina Sarra:
Armis quippe potens, hoſtis at illa deo.
C eperat hæc forti Solymarum mœnia bello,
Deq; pia noſtros iecerat arce deos.
C apta repoſcuntur romanis protinus armis:
Itur: & in multa eſt obſidione mora.
S igna canant moneo, mea ſed tamen oſſa ſepulchro
Sumpta ferant: parent, callidus oſſa ſequor.
T ela tenent acies: dubitant concurrere bello:
Tunc ſic ite inquam: dux ego veſter ero.
V eſter ero dicens, ſcalis nitebar in arcem:
Hoſtibus & domitis per loca victor eram.
S igna meoſq; ſimul capta ſuper arce locaui:
Miles io dicit, feſtaq; pompa datur.

Hoſtes diuo duce ſuperantur.

H inc mihi ceu paruo flat tibia mane triumpho:
E' Capitolinis ad mea templa iugis.
A tq; tubis canitur, cœtu comitante Senatum
Ire putes factis parua trophæa meis
V entum erit, aſſiſtunt, circum longo ordine ſacrum:
Atq; fit in templo grata corona meo:
S tatq; chorus, dignis præbentur dona miniſtris:
Annua militibus forte quod illa meis.
D ixerat, inſpicio, geſtabant ſigna ſed vlnis
Sparſa roſis, ſinibus facta minora ſuis.
Q uæ ſieram: ante tubas Marti luſtrare ſolebant:
Proq; his belligeræ ſacrificare deæ.
N umine parta meo quodq; eſt victoria noſtris:
(Sæpius vnde ſolet nunc mea imago geri)

Signi luſtriũ ĩcu ius figura fuit veterum tubiluſtrium e luſtria.

Q uodq;

Quodq; meis turca referantur ab hoſte trophæa:
Auſpicijs: templo iure locanda meo.
Geſta hinc ſigniferi (ceu luſtria) molliter vlnis
Signa manent, fuſis ad mea ſacra roſis.
More patrum, & victi quia noſtris oſſibus hoſtes,
Ad caput hæc luſtrant, oſſaq; noſtra preces.
Dumq; piant: certos vt ſint ſortita triumphos:
Illa ſuper carmen, noſtraq; geſta legunt.
Sed cur ora notis, quum tergum aſcendit equorum:
Signat eques: læſo & te pede clamat equi:
Ora notis dixit, ſignatus colla draconi
Quod premo: & inſiſtens fortiter iuit equus.
Ille notat ſeſe, quum terga premuntur equorum:
Offenſo & quoties huic pede reſtat equus.
Cuncta quidem didici, ſed quæ puer ipſe notaui
In patria de te: non bene nota mihi.
Nempe Ferentini nent, hac texuntq; puellæ,
Atq; ſuunt tunicam nomine luce tuo.
Proq; locant imbri ſublimi in vertice templi:
Finieram, dictis rettulit ille meis.
Quæ mihi texta facit, per me, ſeruatur ab angue:
Inſtar & armorum, quum venit, imber obeſt.
Bellicus eſſe feror: telum mihi paret & imber:
Textaq; qua pendent, nulla procella nocet.
Turribus in templi ſuſpendunt (ſancta quod æra
Inde ſono faciunt) pellat vt imbris aquas.
Hactenus: atq; abijt, parthos pater opprime dixi:
Proq; tuis ducibus caſſida ſemper habe.
¶ Luce ſequente polus vicinos excipit hædos:
Atq; herboſa leui terra madebit aqua.

Camiſia S. Geor. cōtra tēpeſtatē.

Auſtrina dies & pluuia.

Aries occi: ¶ Tunc quoq; cum Phœbo, quum iam ſua lora reliquit,
Noctéq; cœleſti gramine paſcit equos.
Oceani cornu petit æquora lata ſiniſtro,
Iſace qui pro te tradidit exta deo.

Marco Euange. ¶ Altera quum ſeſe terris Aurora reducet:
Soleq; de folijs ros oriente cadet.
Sacra feret Marco, colli quem Roma propinquum
È capitolina, qua ſedet, arce videt.
Lucibus è cunctis prece binas nuncupat annus:
Altera ſed maior, altera dicta minor.
Vtq; pares non ſunt: ſic diſtant tempore, nanq;
Iſta manet, certam non habet illa notam.
Vtraq; diuerſa cœleſtia numina cauſa
Placat: Roma ſacro hæc illa Vienna tuo.
Poſtulor ex iſtis quæ poſcit thura duabus:
Victa minor cedit: donaq; maior habet.
Letaniæ in figu. Atæ & ſororũ. Vnde ſed his docti fecerunt nomina Graij
Quæritis hic à me: ſcireq; vera iuuat.
Forte Litas ſobolem magni Iouis eſſe putabant,
Hæq; duæ fuerant: ſed tamen ore pares.
Corpore rugoſæ, pede claudo, lumine toruæ,
Suppliciter triſtes, ſubmadidiſq; genis.
Has præcedit Ate: miſeris mortalibus vna
Quæ dea tot noxas, tot mala ſæua facit.
Turpibus hæc oculis, grauis, & pernicibus alis,
Duraq;, præcurrens præterit vna duas.
Terga ſecuturæ mutant hæ triſtia lætis:
Atq; ſuis reddunt, illa quod ante rapit.
Quæq; patris fuerat Iouis ira mouetur in hoſtes:
Et precibus demum victa quieſcit Ate.

Ergo quod hæ dictæq; litæ, ſacræq; duæq;:
Quodq; hæ ſunt totidem, quod quoq; iure ſacræ.
Voce Litas graia litaneas eſſe putarim:
Deq; ſinu noſtri proſiluiſſe dei.
Nempe preces cœlo ortæ ſunt, munuſq; deorum:
Vnde venit pietas, vnde ſecuta fides.
Illæ aris primum iuſſerunt ponere thura:
Atq; ſacras feſta cingere fronde domos.
Victima fecerunt vt ſubdat colla ſecuri:
Extaq; in arſuris poneret ara focis.
Irata licet arma manu ſua fulmina ſumat
Iuppiter: audita deſerit illa prece.
Quæq; ſuis populis cecinere oracula vatum: Precũ effectus ẽ placatio.
De quo viſa fides tardior ipſa fuit
Cum gens praua illum nondum in noua regna venire
Crederet: & dubia perfida mente foret:
Deniq; communi deus ipſe ex æthere ſummo
Eſt prece commotus, natus & ante gregem.
Hacq; die pompæ victricia porrigit arma:
Pellat vt à populo triſtia damna ſuo.
Quare quiſquis ades: ponas hac luce labores:
Cunctaq; ſignifero ſint operata deo.
Diſcolor (vt fas eſt) ſed iam chorus agmine longo
Cantat, & in media candida turba via. Pópa ſacerdotũ ambarua le priſcũ
Vbera dat nutrix: ſitiens ne vagiat infans:
Dumq; dat incedens ſupplicat ipſa deo.
Itq;, ſed incerto, maiorq;, minorq;, parente
Ordo, frequens pueris virginibuſq; ſuis.
Ponè viri veniunt, matres, nuptæq; puellæ,
Quæq; vacant ſanctis virginitate focis.

Iam prope ſunt: ſupplex quiſquis veneretur euntes:
Atq; dei vernas ſpargat in ora roſas.
Mos ſed is eſt dictus: moris dicatur origo:
Ne mihi propoſiti pars labet vlla mei.
An quod ab antiquis campi luſtrantur & arua:
Hæcq; quod ambiret victima, nomen erat:
An tibi quod pluuijs caruiſſe rigantibus arua
Diceris, ad ſegetes appula terra tuas:

Rubigalia priſcũ feſtũ huc ductum.

Ergo relanguentes rubigo infecit ariſtas:
Ipſeq; fallebat vota colentis ager.
Pallidus arebat decuſſis fœtibus annus:
Nec ſteterant ſyluis poma, nec vua iugis.
Adde quod & pecudes, et fœmina prole carebant.
Vota dabant: votis gratia nulla datis.
Inſpiciunt priſcis quæ ſint ea tempora factis.
Tradita rubigo lux erat iſta tibi.
Ne canis Icarij ſub ſydere terra ſitiret:
Exta canis ſacris, exta ferebat ouis.
Exta parant illi: quum vox eſt reddita cœlo:
Ferte preces Marco: ſigna leonis habet.
Scilicet illius, quanta eſt, ſub ſydere tota
Sæpe ſitit tellus: ſubtrahiturq; ſeges.
Iuſſa viri faciunt: fuit ille feracier annus:
Terra dedit fruges: & dedit vua merum:

Precibus eliciũtur anni fructus.

Prouenit & volucrum proles: arborq; fugata
Læta ſiti fructus, & pecus omne tulit.
Agricolæ votum ceperunt fertilis arui
Grexq; ſuo domino fœtibus auctus erat.

Ceraſa Tyburti.

Primitias referunt: mos naſcitur: extat et aræ:
Tybur enim ceraſis priſca tributa refert.

Quodq; pecus peperit: volucris quod fœta cohortis: na tributaria.
Hac dant oua nurus, caſeoloſq; die
Moreq; nunc patrum, ciues luſtrantur & agri:
Intus, & extra, aris luceq; Marce tua.
Addita crux pompæ: cur addita cauſa patebit:
Hac quod Roma die plurima damna tulit.
Diſcolor et crux fit: ſed cerea, fixaq; poſti
Tuta: quod hoc agni fecerat ante cruor. Cruces cereæ affiguntur poſtibus.
Nanq; luem paſſi mœrebant funere ciues:
Vnde erat hæc luctus, nigraq; dicta dies.
Dona ferunt geruli, præcedit pompa ferentes: Gerulorú foriæ.
Illaq; erit querulam Cereus ante lyram.
Pendet ab hoc pretium, læti hoc ad ſacra ſecuntur:
Ordineq; in nullo proxima templa petunt.
Poſtulor hæc illis ſed quæ ſit cauſa petendi
Vt taceam quouis iudice vera patet.
Colla leo forti cum pectore fortia geſtat:
Hæc duo ſunt illis ad lucra ſemper opus.
Ergo aliæ vt poſſint, ratio eſt hæc certa ferendi
Molle Leoninis viribus vt ſit onus
[Sed Paſquine tibi varias dant corpore formas:
Hac quoq; & es populo fabula in vrbe die. Paſquinalis iocus vulgi
Carmina ponuntur, ſunt & ſpectacula uulgo:
Tuncq; placent, linguæ quum ſibi uirus habent.
Hæc ego dicebam, quum plebis ab agmine ſeptus
Vertitur, & uatis reſpicit ora ſui.
Nunc ego da cauſam dixi, quum factus Apollo
Rettulit hæc pulſa protinus ille lyra:
Accipe quæ poſcis decus ò mihi grande poeta:
Ingenij cuius carmina prima tuli.

Ante Remum & fratrem fuit iſta licentia: priſci
Teſtis et Euander graiaq; turba ioci
Facta ſequens ætas Vertumno tradidit: æde
Qui ſine romanum viderat ante forum.
Forte fuit caupo Paſquini nomen habebat:
Nomen adhuc ætas nunc tenet vnde meum.
Effodit ante lares: qua Circus agonius: & me
Induit, indutus non iocus vnus eram
Et modo mas fueram: modo fœmina: verſus in ora
Mille die hic vna fabula plebis eram.
Plebis ab officio tetigit mea gratia patres:
Moſq; manet ludi forma nec vna placet
Sũ modo Apollo lyra: modo Mars ſi traditur haſta,
Cinge olea iam Mars non ero Pallas ero
Dent mihi poma rudes: fiam Vertumnus: ad antrũ
Si Galatea venit ſim Polyphemus ego
Sit mihi maturis qui tempora cingat ariſtis:
Iſaij felix dicar amica Ceres.
Creditus Alcides armenta erithrea tenebam:
Factus ab Alcide Cacus ad antra fui.
Contigerant ederæ: vulgus laudabat Iachum:
Clamabant Ianum bina quod ora tuli.
Sæpe Iouis cepi candentia fulmina dextra:
Gentibus & ſumpto fulmine terror eram.
Has ego nunc formas vnus conuertor in omnes
Ante meos tranſit dum ſacra pompa pedes.
Mos vetus in magnos famoſum inferre libellum:
Nondum oblita ſui eſt martia Roma ioci.
Scilicet hic hominum non parua licentia morum
Grataq; libertas, iuraq;, certa placent.

Olim ſtatua Herculis ſic.

Trãsformatiões.

P ellimur à recto: noſtro & peccamus amore:
In vitium & mollis, pronaq; turba ſumus.
V t pudeat facti (timor eſt in carmine noſci)
Scripta ferunt: ludis præficiorq;, meis.
N oſtraq; famoſis prætexunt nomina dictis: Cur maledicta.
Subq;,meis formis dicere vera licet
H inc mihi quod quæris, non eſt nunc carmen inerme
Inq; fero mordax induor ora canis
F elleq; ſuffuſus diſtringo, petoq; veneno:
Voxq; mea alterius crimina ſemper habet:
S int vt verba ſales noſtra hæc ſe in vulnera vertũt
Et feriunt, blando quum placuere ioco.
D eniq; ne in longum teneat mea fabula, quando
Fas erit hic animo liberiore loqui.
Q uum gladiator eram: feriebam pectora ferro:
Nunc mihi pro telo, ſanguine lingua madet.
H acq; ſeco mores: & res non magna videtur:
Sæpe ſed opprobrium principis eſſe feror.
D ixerat: in Circo cum ſint tot templa tot ædes: Locus electus à Paſqui.
Angulus eſt cur hic nunc tibi? fabor ait.
A nte per hunc Circum ſpectabat equiria Mauors:
Specto ego nunc currus: & ſacra ſigna chori
Q uod facere vt poſſim de tot placet ædibus vnus
Angulus hic: de quo cernere utrinq; licet.
D ixerat: & uultum ueluti ſpectaret utrinq;
Flexit: adhuc qualem nunc ſibi ſemper habet.
V eſper erat: circum puerorum funditur agmen:
Inq; illum manibus ſaxa, lutumq; ferunt
P one puer lapides: cedunt nam uatibus: & ſunt
Ore poetarum ſaxa minora tua.

T roia ſolo cecidit, ſed verſu viuit Homeri:
Et Thebæ vatis carmine nomen habent.
H uncq; poetarum quia dictus cura nouorum:
Non minus eoi, heſperijq; legent.
Q uo ruitis? duris feriantur vt ictibus ora:
Trunca nocent ſemper: quodq; loquantur habent.
S æpe quidem vidi, cum lux tranſiſſet, & annus,
Lectorem culpis erubuiſſe ſuis.
H æc ego: plectebant ciconum velut Orphea matres:
Deq; deo, toto corpore, marmor erat.

Pleiades exoriuntur.

¶ Q uinq; mihi extremo luces de menſe ſuperſunt:
Vltima Pleiades ſed ſibi clara refert.
¶ Clara ſit illa licet, modo flet modo ridet Aprilis
Vulgus ait, Maius temporaq; ipſe petit.

Mai arbores à pueris quæruntur.

A' ſaxis pueri quercus, lauroſq;, requirunt:
Q ua nemus eſt: arbor qua uiret alta comis.
R uſticus & ſummis inquiret montibus ornos:
Atq; nouos flores, ſertaq; feſta leget.
P erq; fora ingrediens, venales eriget vlmos:
Muſa ſile: & uiridi te quoq; fronde tege.
H ac & tecta tuæ puppis remorare rudentes:
Hinc aliò quando remus agendus erit.

Explicit liber quartus.

SACRORVM FASTORVM LIBER QVINTVS.



In hoc menſe Maio, à maioribus dictis, maiores veterũ verificatur in maioribus apoſtolis: quorum feſtum eſt in Calendis, & maieſtas Iouis, à qua eundem menſem dici volebant: verificatur in dei noſtri maieſtate: quæ cœlum aſcendit in feſto Aſcenſionis: quæ vtpote ſemper in hoc menſe eſt. Tutela olim Apollinis, nunc Iacobi maioris poſt.

HVius et antiqui dubias de nomine cauſas
Menſis habent: certi nec ſibi iuris erat.
Nam tres lite ſua diſtabant mente ſorores:
Quærit de Maio dum dare quæq; notam
Nempe hinc maiores, Maieſtas traxerat illinc:
Maiaq;, quæ titulum tertia poſcat erat.
Orta quidem lux eſt ſunt: & manifeſta: patentq;:
In tenebris dudum quæ latuere ſuis.
Ergo alij fingant: me dicere vera loquetur
Scripta ſequens ætas ſi modo noſtra leget.
Dixi: & reſpiciens mea tempora, vera petebam:
De ſuperis cui nam munera menſis erant.
Scilicet & fratres maiores eſſe putabam:
Iura quibus Mai lux ſacra prima dedit.

Muſæ Ouidianæ de noĩe Mai certant. Oĩa à figuris ſoluta.

Chriſma in s. Lau rē. publi. datur oībus.

T urba frequens aderat, veniebat ab æde ſacerdos:
Qua ſua Laurenti reſpicit ara fora.
P rotinus accedo, concurſuſq; obuius huius
Quæ ſit cauſa rogo, quum bonus ille refert.
H oc in menſe dei Maieſtas ſcandit Olympum:
Vngimus & pueris tempora, chriſma vocant,
A dde quod heſternos ſpeculis accendimus ignes:
Stantq; inter veluti ſydera nocte domus.
S cilicet & terris aperitur ab æthere cœlum
Dum deus euectus Sindone carpit iter.
S ic fuerat, video iuuenes, pueroſq;, ſeneſq;,
Hos velo cinctos, hoſq; iocoſa loqui.
T unc ego Maieſtas Iouis olim fulmine magna,
Maxima at ex vmbris hæc, redeunte deo, eſt.
I am pater omnipotens (Saturnum credidit ætas
Hunc vetus) in celſa ſederat arce poli.

Saturnus in fi. dei patris.

S urgit iniqua cohors, patriq; inuidit, et inquit:
Et nos ecce pares, quis negat eſſe tibi
P ellitur è cœlo, tenuem pars aera cœpit:
Parſq; ſuas terras, tartara parſq; ſubit.
T erra tuos partus hos credidit ante vetuſtas:
Saxaq;, & in magnos arma tuliſſe deos.

Gigātes fi. fig. deiectorum ang.

I n patris ire polum cum iam non monte valerent:
Auſa huius natum eſt fraude dediſſe neci.
F erro mite latus traiectus adiuerat vmbras:
Flumine de Stygio rettuleratq; pedem.

Mons oliueti.

E ſt locus à viridi nomen ſuſcepit oliua:
Vnde pijs pacem gentibus ara tulit.
C onſtiterant proceres, nitidum Sol mouerat orbem:
Hiq; deum expectant, ſuſpiciuntq; polum.

Quum ſubito rutilus per nubila funditur ignis:
Summittitq; oculos quiſq; ſiletq; metu.
Ter tremuere poli: tria aperto fulgura cœlo
(Mira fides) pauidi ſole micante vident.
Tollitur in niueam crocco velamine nubem:
Et patria æthereis tecta petebat equis. Aſcēſio.
Sydera ceſſerunt: qua forte pependerat: alto
Complexuſq; illum ſignifer axe tulit.
Sederat inſigni radiorum in ſede corona:
Pellitur è cœlo cum Ioue turba ſuo.
Veraq; Maieſtas, quæ totum temperat orbem:
Reddita legitimo eſt, ſuccubuitq; deo.
Iunctaq; relligio ſedit, pietaſq;, fideſq;,
Suſpiciuntq; illam numina noſtra locis.

Ficta Iouis maieſtas è cœlo pellitur.

Venit & ad patres, coluerunt ordine Petrus
Et Linus: hinc alij, mox vice quiſq; ſua.
Hinc te ſancte pater nunc ſacra in ſede tuetur:
Fitq; comes ducibus, principibuſq; tuis.
Illaq; dat faſces: ne iactet facta vetuſtas:
Atq; triumphato tollit in orbe caput.
Illaq; bis ſenis ſacrauit menſibus annum:
Cum totidem ſecum duceret ipſa duces.
Indeq; tutelas deiecit ab ordine priſcas:
Sexq; deos, falſo cum Ioue, ſexq; deas.
Proq; his ſpectantur ſi ſacri ex ordine menſes:
Penè chori fratrem ſingulus huius habet.
Ergo cum menſis maiorum tempora fratrum
Prima putes: deq; his poſſit habere decus.

Pro.xii. deis veteribus.xii apoſtol. ſuccedūt ad tute.

Reddita Maieſtas menſis ius huius habebit.
Liſq; ſit hac veterum parte ſoluta ſenum.

Maius Maieſtati diuinæ ſacer.

Interea viridi redimiti fronde calendas
Dum canimus veſtras, frater & alter ades.
Ambo ætate pares, æqui virtutibus ambo,
Gente etiam ni alter ſanguine maior erat.
Iamq; vmbras Erebi pallentes carmine dicam:
Atq; anguem Stygijs quem premit alter aquis.
Alter & vt tandem Solymarum rexerit aram:
Et dederit primis thura merumq; focis.
Sed quò mente feror? longum eſt narrare tot acta:
Eſt & propoſiti non ea cura mei.
Eſt mea cura magis cur velent limina lauri
Dicere: cur quercus frondeat ante fores.
Num ne ſit hoc nobis nemorum ratione nouorum?
Sylua quod hoc primum menſe virere ſolet?

Velandi fores lauro opiniones.

An quia priſca fores ornabat Curia ramis?
Et viridis lauro ianua regis erat?
Flaminis & caſtæ reuirebat laurea veſtæ:
Mos vetus ad noſtros num venit inde dies?
An magis his quoniam feſtum florale calendis
Ante fuit, pretium eſt frondibus inde nouis?
Cum patre, ſed primo qui attollit militis enſem
Principis impenſis æde receptus erat.

Cōſtāti. templum apoſt. poſuit.

Quum ſic forte inquit templorum, aræq; repertor:
Separat ah, fratres cur via longa duces?
Vna fides iunxit, ſedes hos iungat vt vna:
De noſtro ſacrum marmore ſurgat opus.
Dixerat, erexit communia limina fratrum:
Ima Quirinalis qua iuga collis habet.
Sedibus erectis ſolennem ponit honorem:
Et pius illorum nomine templa vocat.

I ndeq;, quo ritu fierent veneranda reperto:
Stabat vt ante fores: talibus vſus ait.
I nnuba cæſaribus velabat limina laurus:
Et Iouis auguſtas quercus opaca fores.
C æſaris emereant cum dudum nomina fratres:
Vtraq; ad illorum limina munus eat.
D ixerat, à dictis ciues plauſere, ſacraſq;
Q uercus it & laurus protinus ante fores.
C ũq; prius ſacras velarent frondibus aras:
Culta bis diuorum feſta fuere magis.
H inc lauri & patrum venere ad limina quercus:
Q uos colimus, fratrum ſuſpicimuſq; loco.
I ndeq; per ciues, patres imitentur vt ipſos:
Vſus ijt, ritus conſpiciturq; vetus.
A rxq; coronatur ſua circum mœnia ramis:
Perq; vias frondet, limina perq;, nemus.
E rgo licet multæ videantur facta merere:
Sola ſit hæc vero tradita cauſa ſuo.
V entum erit in ſyluas: qua cœlo attolitur, arbor
Cæditur: & Mai nomina cæſa capit.
F loribus ornatur, ſed quum ſit munus amantis
Illa eſt ad cultus ingenioſa magis.
N unc & aues tollit, nunc in lanugine poma:
Q ualia ſunt menſis grata puella tuis.
S erica cum gemmis interdum ad carmina iungit:
Scriptaq; cum placeant: dona puella legit.
F orte reuertebar, volucres dicturus, ab ara,
Inſpicio, menſas curua parabat anus.
P erq; illas fũmans ponebat cana legumen,
Mitra cincta comas, officioſa locis,

Ab eodẽ laurus et quercus añ fores

A tẽplo ad card. ab his ad ciues.

Mai arbores.

Miſcellanea ſeu virtutes & leguminibus.

In triuiis olim ſuper caput edebatur

Inq; via inſtabat pueros, pariterq; puellas,
Molliter appoſitis diſcubuiſſe toris.
Atq; ſuper crines tollebat ſedula lances:
Farraq;, cumq; ſuis mollia piſa fabis.
Hæcq; ſuper ponens vultu hortabatur anili:
Singula contingens dona tremente manu.
Tunc, tibi dulcis anus, ſic ſint ætate Sybillæ
Tempora Cumanæ non breuiora, refer.
Miſta faba in triuio cur dantur farra calendis:
Sic ſuper hæc pueris, virginibuſq;, caput?
Sic ego, quum precibus conuerſa ſeniliter ad me
Rettulit hæc, tenero verba tacente choro.
Priſca per annales veterum ſi facta requiris:
Multa data inuenies moribus inde tuis.
Mos erat in Maio celebrare lemuria menſe:
À tergo & iactis buſta piare fabis.

Mos ex feſto veteris carnæ.

Nec minus has pueris veniente in menſe calendis,
Laridaq;, vt ſeruent viſcera, Carna dabat.
Viſceribus quod fons caput eſt, ſumuntur ab illo:
Viſcera quo creſcant à ſtrige tuta dape.
Iſta putat vulgus, ſed quæ ſunt vera docebo:
Nomina ſubiunxi, dic quoq;, fiet ait.
Ergo inquit, dederant maiores nomina Maio:
Farra, fabæ, quondam iam quibus eſca fuit.
Scilicet errabant animalia tuta per agros:
Tutus erat piſcis, tuta volucris erat.
Grande nefas, ſiquis grue paſtus, & anſere plenus,
Iunoniſq; ſatur turpiter eſſet aue.
Hinc ea nunc poſita præbentur munera menſa:
Quæ vetus his olim forte fuere cibus.

S tantꝗ caput ſupra, factum veneremur v: ipſum:
Plebſꝗ patrum menſæ ſic ſit vt ipſa memor.
nꝗ via & triuijs præbemus, grande parentum
Fiat vt exemplum, poſteritaſq; colat.
Q uodq; ea miſcemus ſunt miſcellanea, virtus
Sunt quoq;, quod luxu hæc abſtinuiſſe fuit.
H actenus, à dicto grates ego ſedulus egi:
Viue diu & dixi, molleq; tempus age.
L æta recedebat, properans ſua dona coronæ:
Oſculaq; apponens ore tremente dabat.
V inaq; ponebat, ſitiens tamen ipſa bibebat.
Dicebatꝗ bibens hoc ſibi ritus habet.
A lta locuſtarum lis ad Capitolia ſtabat:
Ite locuſtæ inquit, rurſus & inde bibit.
nde bibax pariterq; loquax, ante ora ſedentum,
Ad potum addebat temporis acta ſui.
am ſibi ſol medium cœli conſcenderat axem:
Atq; faba ad ſacrum turba parabat iter
E xpectantur aues, reſonabat carmine templum
À ſocio cauſam quum petor ipſe meo.
S æpe dabant dixi lautis bellaria cœnis
Ante ſenes, tradit patribus ara dapes.
H æc ego, quum ſumma ſparguntur ab æde volucres:
Grando ſolet qualis, qualis & imber aquæ,
P rotinus impletur vulgi clamoribus ara:
Atq; petunt turbæ publica dona manu.
A lta fugit perdix, oculis ſuſpenditur Argus:
Stantq; cohortis aues ire recuſat Itys.
acta memor Terei, quærit Philomela puellas:
Haſq; inter Venerem cana columba petit.

Miſcellanea à miſtis legu. virtutes, quia virtus parſimonia ē.

Locuſtæ citantur

Volucres, à cardina. ſpargebātur.

Q uā bene, it ad pueros, et ſpondet bella coturnix:
Te cupit & paſſer, Lesbia pande ſinus.
D eficiunt volucres: Caiuſq; Lagonq; ſubibant:
Pendulus & lactens à trabe porcus erat.
N on ſunt hic nubes, pluuia confunditur aer:
Nec pluit, aſſiduas fundit & hædus aquas.
Q uis credat: tectum pro cœlo deijcit imbres,
Sub lare ſtat populus, ſub Ioue ſtare putes.
H æc ego, & vnda tholo ludebat, adibat agreſtis
Fune ſuem repens, viq; repulſus aquæ.
E t modo cedebat, modo ſpreto ad munera Orion
Imbre tuo, obnixus fronte ſecabat aquas.
P oſcebar cauſam, menſi dat nomina Maia:
Res vetus eſt, Maiæ victima porcus erat.
F rugibus officiunt nimbi ſic, victor agreſtis
Q uum ſalit, & capta clamat in æde ſue,
E rgo ioco hoc feſtæ Mai ſaluete calendæ:
Adq; frequens noſtros ite, redite patres.
¶ Aurea depulerit radijs vbi ſydera Titan:
Non erit Andromade quæ ſibi ſydus habet.
P ace tua Perſeu dedit aſtra Georgius illi:
Cum fuerit gladio fortior haſta tuo.
C uicūq; ergo datum poſthac cognoſcere cœlum:
Credat Alexandram, quæ Andromada ante fuit.
¶ Proxima lux oritur, date ſanguine thura redempti:
Dum procul inuentam ſuſcipit ara crucem.
S iſte pedem, vetitum ſubeas nec fœmina limen:
Cedat & hinc, quæ me cedere iuſſit anus.
D e Solymis tulerat, temploq; receperat illam:
Hæc Helene nuribus quum pia verba refert.

Porcus per funē petebatur demiſſo imbre.

Andromade exoritur.

Inuentio S. crucis

Ipſa

Ipſa licet fuerit mater caſtiſſima virgo:
Factaq; ſit noſtri maxima fama chori.
Eua nocet, caſtis primum ſcelus illa puellis
Intulit, & ligno preſſit acerba deum.
Præterea fuerat qua per me ſancta recepta:
Cauſa Venus, pinus, ne coleretur erat.
Ergo ſacro à ligno, ſic fas, nos arceat ara:
Crimineq; antiquo ſimus ab æde procul.
Sic, vt quæ ante viris totũ pateſacta per annũ eſt:
In toto nobis hæc ſit aperta ſemel.
Hac ſed lege oculos ne tunc amet illa viriles:
Finierat, Martis quum datur vna dies.
Illaq; erat poſitam ligno qua dedicat aram:
Vnde refert certis acta tabella notis.
Sed cur thura petat ſibi crux, qui poſtulat, idem
Oſtendi lucem ſole nitente petat.
Scilicet emeruit fœlix portare Tonantem:
Et fieri affixo tota cruenta deo.
Hic quod auis fuerat, quod ceruus, taurus, et agnus:
Cornigera pendens arbore ſolus erat.
Ille tulit cultros, olim quos vacca timebat:
Quoſq; diu immeritæ ſuſtinuiſtis oues.
Vnde ſed illa venit, quæ formæ fiat origo:
Quanta ſit & virtus, præcipit ipſa loqui.
Fertur ab Elyſio, ſub imagine ſurgit aratri:
Signaq; in antennis talia malus habet.
Noſtraq; ſe quarta diducunt corpora parte:
Porrigit amplexus nunc deus vnde ſuos.
Quod fuit hæc victrix, quum magna pericula ſurgunt,
Pectora ſignamus, munit & illa notis.

Vbi crux inuẽta eſt templum erat Veneris.

Annotata manet lex i æde

Forma crucis vnde eſt

Quare ſcala poli, credentibus haſta ſalutis,
Pro quibus erecta es, crimina tolle tuis.

Tutrina occidit matutino

¶ *Sed cras æqua cadit lanx cœlo crimina tædet:*
Dum tot fallaci ſuſtinuiſſe manu.

Catherinæ ſenē.

¶ *Tunc quoq; qua tangit læuam via Iulia ripam:*
Nobilibus virgo viſitur orta Senis.
Perq; vrbem cœtus deductus, in æde Mineruæ
Oſſa colit, tumulum numinis ante ſui.

Pleiades veſpe. occidunt.

Indeq;, vbi ex ara cecinit pia verba ſacerdos:
Finis & eſt pompæ, fauit & ore chorus.
Lanigeris digitus pariter benedicit, & illis
Terga quibus pietas ſaucia reddit acu.
Qui ſequitur fundet quū ſydera veſper Olympo:
Inq; ſuis condet ſe Galatea vadis.
Pleiades inductam cœlabunt nocte choream:
Enſifer & prona fronte ſubibit aquas.

Pleiades ſeptē virginis gaudia.

Si licet, & fas eſt, melioribus addere nomen:
Has famulus ſeptem virginis eſſe feram.
Gaudia dicebant, mutarunt nomina, tunc quum
Pleione cœlum candida virgo petit.

Pleiades ſeptē ex ſeptēgaudiis virg. licet non ſuo ordīe Annun. Natalis. Dona regum. Reſur. Aſcēſio. Epipha. Aſſūpt.

Angela concepti eſt: nati Genitleta Tonantis:
Munera Dora dedit, ſuſtulit Orſa rogum.
Rettulit ex vmbris felix Anabaſia cœlo:
Phœna placet flammis: Proſdocha dote poli.
Deq; tamen ſeptem, ſua lumina ſubtrahit Orſa:
Ne domini videat: quam videt ante necem.
¶ *Proxima lux latas vbi cernet ab æthere terras:*
Atq; dabit fratri Cynthia pulſa locum.

Direptio vrbis.

Qua licet, & fas eſt, moneo romane caueto:
Senſit enim iratos tunc ſibi Roma deos.

F orte petis cur ſit ſibi ſic ſubnubilus aer:
Vultus ab euentu eſt: lucifer ater erat.
S corpius ardentes tollebat ab æthere chelas:
Q uanta tibi heu Mauors ille venena dedit. Dirept. aſcēdēte Scorpiōe
S cilicet inſtabat non euitabile tempus:
Ferreq; non poterant impia fata moram.
V ox erat aduenìunt, cinguntur mœnia ſignis:
Turba fit, in longa eſt obſidione timor.
Q uid luſtrare iuuat? properabant ſydera caſum:
Militiæ ignaræ tela tulere manus.
Q uo ruitis generoſa cohors? monuiſſe ſub hoſte
Iam poterant Fabij quum cecidere ſuo.
C ollis erat: collem cingebant mœnia patrum:
Me miſerum, cinctus quam fuit ille parum.
P orta quid in culpa eſt? quæ tollitur aurea Iano?
Ille viam caſus, illeq; crimen habet. Porta S. Pācratiī
I licet, hinc via fit: capiuntur limina templi:
Araq; iam noſtri plena cruoris erat.
Q ualis in arentes diffunditur ignis ariſtas:
Auctus & hybernis Tybris oberrat aquis.
T alis it in noſtras tunc barbara turba cohortes:
Montanus fuſas ſic lupus vrget oues.
P er fora, perq; domos, per templa, per atria denſæ
Horrida funduntur hoſtis ad arma manus
Q uid genus inuiſum ſæuis? male vincis ab vrbe
In caput hæc veniet verſa ruina tuum
H æc aliquis dixit: tamen in nos tēpore duro,
Pectore non alius barbariore fuit.
P rompta erat ad vulnus diſtricto dextera ferro:
Sæpeq; ab innocuo facta cruore nocens.

A h quam ſæpe Getis ſi reſpondere volebas,
Ipſe loqui geſtu verba coactus eras.
S ic quoq; ſæpe aliquis celeri formidine captus,
Vocibus in medijs vaticinator erat.
V idimus hinc noſtros ſubijſſe opprobria patres:
Perq; aras ſacros occubuiſſe ſenes.
V idimus (infandum) diuum ſacraria ferri:
Perq; forum cineres, oſſaq; ſancta iaci.

Feſtũ S. Ioã. die fuit di= rep.

V idimus et ſuperos, nomen cui porta latina eſt,
Ille ſuo feſto numina læſa gemit.
Q uid referam pœnas, & corpora capta virorum?
Non talis capta partibus in vrbe foret.
C omprime communes ſed iam mea muſa querelas:
Non tibi ſunt triſti ſacra canenda ſono.

Pompa & ſacrũ pro pace

¶ Q uæ ſequitur ſuperos placida pro pace ſalutat:
Hei mihi, quã ſero ſi venit, illa venit.
P acis & armorum dea quondam credita Pallas:
Nunc eſt ſub cuius hæc pede victa iacet.
E rgo ter hanc fuſo veneratus thure ſacerdos
Talibus aſſurgens plebis in ora canit.
P roſpicis humanis dea quæ placidiſſima rebus.
Q uæq; patrocinium mite rogantis habes.
P ace deum populis peperiſti, paceq; digna
Templa tibi, pacis nomina ſola meres.
P ace tuus natus duce te tot ſubijcit vrbes:
Et duce te pacem præcipit ille ſuis.
D a precor hanc patribus, plebi, populoq; Q uirini:
Et face concordes, pacificoſq; duces.
T alia dicebat, læuum tonat æthere cœlum:
Ite ait, à dicto ſplenduit igne focus

Finis erat precibus, ſed lucifer iuerat alter: Appari-tio Mi-chaelis.
Q uum vigil è ſumma ſuſtulit arce caput.
rospiciensq; vrbem ſacræ de culmine molis:
Ignea ſulfureo fulmine ſigna dedit.
igna dedit feſti, tunc ſic; puer aliger inquam
Signa velis nobis, pacis & ipſe dare.
nterea moneas, cur ſint hæc nomina feſto
Sancte tuo, & cur arx nominis ipſa tui eſt.
ic ego, ſic ſurgens lætus mihi dixit ab illa,
Penniger, ex humeris aureus enſis erat.
ons eſt, extat adhuc, Garganũ nomine dicunt: Gargãus mons in Apulia.
Arduus in campis appula terra tuis.
ua patet abrupta ſublimis ad æthera rupe
Antrum immane riget, cætera gramen habet.
aſtor erat: noſtro paſtoris nomine taurus. Taurus archãgelus dicebatur.
Errat ab armento, ſummaq; montis adit.
eſper erat, reuocat, dominum fugit ille vocantẽ:
Pellit ad hunc: pulſos negligit ille boues.
rgo moræ impatiens, cum iam penderet ab antro:
Paſtor in hunc arcu ſpicula torta iacit.
acta ego reijcio, feriunt reiecta nocentem:
Inq; ſuum authorem vulnera verſa cadunt.
ama volat facti, pater hæc timet acta Siponti:
Indicitq; ſacra tempora feſta fame.
d me pompa venit, mea tunc apparet imago:
Q uod poſcis feſtum nunc habet vnde notam,
uctus arenoſis Tyberinus creuerat vndis: Peſtis pacatio per Angelũ.
Atq; redundatis Roma natabat aquis.
eſſerat, & tumidum iam ripa receperat amnem:
Halat humus, populo tabuit aura lue.

C urritur ad ſacrum, matris portatur imago:
Cui cœli gradibus tollitur ara ſuis.
V enerat ad molem, moli Creſcentia nomen
Manſerat, arx eſt nunc, tunc locus arcis erat.
H ic pater hæc ſupplex, ſunt ſi mihi munera claues:
Siq; meæ notæ ſunt pietate manus.
P elle Deus morbum, nudataq; tela repone:
Perdere nos illis ſit potuiſſe ſatis.
D ixerat, attollor (perſtant veſtigia mole)
Conſtitit attonito cum duce turba ſuo.
V t quoq; adhuc ſpector, vagina condere ferrum
Viſus eram, cum ſic cinctus ab igne loquor.
I ra dei ceſſit, gaude regina polorum,
Hactenus, et vox hæc carmine nota fuit.
D eſieram, ſubito ceſſit quum noxius aer:
Quaq; ibat virgo parte, ſaluber erat.
T unc pater hic vbi ſum ſolido me marmore finxit:
Et pons, & moles nomina noſtra tulit.
D ixerat: et calicem: cur dant quoq; forte rogabam:
Quum mihi ſic verbis rettulit ille ſuis.
A rce quod hac dominæ tutelam ſortior vrbis:
Quodq; illam tueor, præficiorq; loco:
M ane dat hunc populus, ſacroq; aſſiſtit, & aræ:
Atq; ſibi vt reddam mœnia tuta rogat.
S ed tibi cum pax ſit, fulmen cur mittis ab arce?
Cumq; illo tibi cur tibia longa ſonat?
F inieram, tecum faſtorum tempora, dixit:
Fulmine demiſſo ſacra, dieſq;, cano.
A dditur & miſſis animata bis tibia cantu:
Illa quod æthereis fertur amica choris.

Imago virginis aræ cœli

Arx & pons ab Angelo.

ræterea ſtrepitu, miſſaq; ex æthere flamma,
Ipſe Siponti etiam terror in hoſte fui.
inc quoties lætis venerunt tempora rebus:
Cum non & belli tempore dextra vacet:
ole tono ſumma, iaciuntq; tonitrua flammæ:
Deq; polo patribus credor adeſſe meis.
eſierat, dixi, duce te ſunt munera nuptis:
Si neſcis virgo me duce nupſit, ait.

Puellæ i æde nubunt.

igna quoq; attollis, ſum cœli ſignifer inquit:
Et rego cum patribus, qua patet ara, patrum.
lauſerat os miles, iuueniſq; celerrimus idem:
Claudentem verbis quum ſequor ipſe meis.
ed cur lance cares, ſtygij nec victa draconis,
Sic vt ſæpe facis, ſub pede colla premis?
rce fruor dixit, pro re ſatis expedit enſis:
Velle vna videar ne duo feſta die.
ed tamen, extremo mihi quæ ſeptembre paratur:
Iſta feret dubijs plenius ara tuis.
ixerat, & ſumpta iam caſſide forte parabat
Altus iter, quum ſic protinus ore moror.
t quoniam fas eſt hic dicere carmine vera:
Odit enim fictam pagina noſtra fidem.
ic cur (ne rudibus ſit fabula) credit agreſtis
Te ſignare dei frugibus ora nouis?
aneq; lactentes Zephyrus dum mulcet ariſtas:
Occurſu impleri cur ait ille tuo?

vulgus credit in frumẽto faciẽ dei eſſe.

ruge deus colitur dixit, veſtitur & illa:
Nuncius illius, ſum quia, facta putat.
ixerat, & Zephyro ſimilis ſuper ibat ariſtas:
Viſus & officio eſt dicta probare ſuo.

Initium Æſtatis.

¶ *Interea ſyluis frondentibus incipit æſtas:*
Atq; ſua exacto tempora vere petit.

Capella occultatur.

¶ *Ter iubar humentem terris dimouerat vmbram:*
Vdaq; erat lactens ter quoq; rore ſeges,
Quum, quæ picta nouo fulgebat ſydere cœlo:
Occuluit toto ſigna Capella polo.
Ne quis & olenium pecus hanc nunc eſſe putaret:
Alterius Cœlum grata Tonantis habet.
Editus intacta fuerat de virgine partus:
Opilio admonitus quum videamus ait.
Dixerat, & mater hædorum lecta duorum eſt.
Nutrice vberior, candidiorq; Iouis.
Hanc humeris, pariterq; duos accommodat hædos:
Iteq; ait pueri, corripuitq; viam.
Ante deum veniunt, ornarat frondibus illos:
Accipit ornatos cum ſibi matre duos.
Vidit vt acceptos pater illos ſummus ab alto,
Dona meo ne ſint vana, probentur, ait.
Plus Ioue cum poſſim, ne dono aut ſydere vincar:
Cum gemino fœtu ſigna Capella ferat.
Vix ea, fit pluuium quum ſydus mater & hædi:
Inq; polo laudem dona ferentis habent.

Iobbo patienti Germanorũ feriæ.

¶ *Quiſquis es exurit putris cui puſtula corpus:*
Iobbo ſacra pares hac quoq; thura die.
Quattuor in luſtris prudens errauit Vlyſſes:
Exemplum priſcis & patientis erat.
Perdidit hic natos, natum ſed repperit ille:
Quas gemit hic, omnes ille recepit opes.

Patiẽtiæ Vlyſſes olim exẽplũ nunc Iobbus.

Quid ſi Penelope lacerum ſic cernat Vlyſſem:
Laſſaſſet viduas non pia tela manus.

Quod

Q uod tulit ille igitur nomen nunc præbeat iſte:
Cedere cui terris, cedere debet aquis.
C auſaq; cur debet: mala ſi ſua dicet vterq;:
Ille quidem multo damna minora tulit.
C erte plaga ſatis pro tot, ſuit vna periclis:
Parq; tuæ Antoni, Lazare parq; tuæ.
Q ualis & Alciden, Chironem qualis aduſſit:
Et quali ſolui puſtula galla negat.
E rgo pater patiens, ſocium Germania ſacrum
Dum facit, & plagis thura dat ara tuis.
P elle precor noſtris talem de corpore morbum:
Exurantq; hoſtes vlcera ſacra tuos.
Hinc vbi ſe prima reſerabit lampade cœlum:
Terraq; luciferis tota patebit equis.
A quo victa doles, & triſtia dãna tuliſti
Roma, ſub æquoreas Scorpius ibit aquas.
Clarus it in geminos ſed eodem tempore Phœbus:
Quum referet Progne garrula voce diem.
C reuerat in ſyluis natus facundus Eliſæ:
Vrbibus & natus virgine notus erat.
Q uod pueros ſacra ferè imagine ſpectat eadem:
Alteriuſq; annis non procul alter abeſt.
Q uodq; ſalutarunt matrum ſe ventre ſuarum:
Credidit hos geminos ſacra ſecuta dies.
P erſimiles ambo facie, virtutibus ambo:
Plus tamen ex illis ætheris alter habet.
P ræuenit hic illum, ſed eodem tempore clari
Hic vates populis, ille magiſter erat.
V tq; eques vtq; pugil fuerant, ſic caſtor & alter:
Si non hi iam tum Caſtor & alter erant.

Scorpius totus mane occidit.

Sol ĩ ge.

Gemini Chriſtus & Ioã.

Caſtor & Pollux in ſi. chriſti & Io.

Quò non liuor adit: cum cœlo dignus vterq;
Iam foret, inſtruxit impia bella manus.
Vim parat Herodes vati, Iudæa magiſtro:
Sed vates primum pectore planxit humum.
Scit deus, & fleuit mortali corpore mollis:
Atq; patri hos ſupplex edidit ore ſonos.
Si Sol eſſe putor terris, ſi lucifer ille:
Præparat & nobis ſi puer ore vias.
Cœlum es pollicitus, partitum trade duobus:
In partes certe muneris eſſe feram.
Dixerat, alterno ceperunt ſydere cœlum:
Aeſtus & huic, illi tempora bruma dedit.
Hic cadit, ille oritur, ſtant pro ſtatione polorum:
Terræ fida duo ſydera, fida mari.

Tēplum Pātheon cōſecra.

¶ Quum bis mane ſuos Oriens iterauerit ortus:
Et matutinis bis iuga iunget equis,
Hæc ſacra quæ matri veterum fuit ante deorum:
Matri ſacra deum uiſitur ara prece.
Fit fuga dijs priſcis, teſtes ſint numina diuum:
Quorum nunc virgo nomine nomen habet.
Forma vocat templū, vocat et fora proxima tēplo:
Quæq; rotunda modo eſt, Pantheon ante fuit.
Veſtro læta choro eſt, caſtæ properate parentes:
Ferteq; primitias, quas dea mater amat.
Illa quidem Elyſij præfecta eſt mollibus Hortis
Cūq; ſuo nato rura beata colit.
Iuncta igitur ceraſo viridis faba pendeat aræ:
Atq; interpoſitis iuncea ſerta roſis.
Nunc ſatis hæc illi, poſthac maiora feretis:
Quum ſibi pro cunctis feſta Nouember habet.

¶Tertia quum veniet lux, quæ defenſa Georgi
Te duce, Centaurum viſa timere loco eſt.
¶Semiferus nam tunc quum tollet in æthere dextram
Illa pede intrat aquas: deſerit iſte manu.
¶Hinc vbi coniunctas lux altera liquerit idus:
Luciſero roſeum reſtituente diem.
N auita de medio Ionæ ſpectare profundo
Optabit Cetum, ſciteq; ſigna volet.
V iderat ergo ſenem fugientem iuſſa per æquor:
Nocte procelloſas quum deus egit aquas.
C arbaſa ſtridebant, diſiectaq; puppis ab euris
Haurit aquas, hauſtis penè fatiſcit aquis.
Q uiſq; timet, clamant, iratæ conſcius vndæ
Ille tacet pallens, oraq; veſte tegit.
N auita tunc vectis, quiſquis deponite culpam:
Cauſa cuius hyems aſpera tollit aquas.
A udit vt hæc vates, faſſus ſua crimina dixit:
Mergite, turbati me petit ira maris.
M ergite dicebat, quum iam miſerata loquentem
Q uærebat iuſſis territa turba moram.
allam habet, inſtabat, quid agant? hic carmina cantat:
Mittitur in medias de rate cantor aquas.
I ira cano, pelagi uix primas impulit vndas,
Cetus ab extremis quum tulit ora vadis.
nq; loco quærit, qua pulſum ſenſerat æquor:
Inuenit, inuentus faucibus eſca fuit.
ete ferox non ſic ſuſcepit Ariona delphin:
An quoq; nunc cœlum tu pietate meres?
ic erat, attulerat Phœbus tres ordine luces:
Q uartus & ecis lucifer ortus erat.

Crus dextrũ andromaæ crepuſculo occid. Centau: dextra aſcen: Cetus exoritur Matuti.

Ionas in mare mittitur.

Redditus epotus terræ eſt, ſoſpeſq; rediuit:
Qua ſonat Euxinis in mare litus aquis.
Iuſſa dei peragit, cepit ſua ſydera cetus:
Hacq; micans facti dat monumenta die.

Iuoni feriæ curialium.

Quo thura petit, ſi tempus quæritur ipſum:
Terræ vbi purpureo bis redit axe dies.
Ite procul lites, inſanaq; iurgia vulgi:
Scriptaq;, clamoſi duraq; verba fori.
Iura dabat populis, iuris ceſſare miniſtros
Præcipit, & triplici clauſtra ſilere foro.
Cauſidici pariter, pariter date thura clientes:
Et quicunq; petit per fora victor opes.
Verbaq; qui nectunt celeri currentia dextra:
Quiq; citant triſti qualibet ore reos.
Atq; quibus nomen præbent vadimonia curſu:
Virgaq; terribiles imperioſa facit.
Præcipue ſed vos, quibus eſt fortuna reorum
Tradita, ius quorum nunc rota nomen habet.

Hortatur vt puri ad ſacrũ accedant.

Audit vt in caſtris fortis data claſſica miles
Exit, & audenti præparat arma manu.
Venerit ad templum, proſtratus ad ora deorum,
Caſſide depoſita, thura merũq; colit.
Et vos caſtra tenent, ſtruit et Mars agmina veſter:
À quibus ad ſanctos nunc vocat ille focos.
Quare ſi qua inerunt immania crimina menti
Abluite, inſano diſtet vt ara foro.
Culpa hominum quondã terras Aſtrea reliquit:

Vitia quæ fugarũt iuſtitiam.

Quis neget? iniuſti iudicis illa fuit.
Viderat illius diues dea iuſta tribunal:
Quodq; illi magnas arca tenebat opes.

raeterea multo venales munere linguas:
Atq; os complures proſtituiſſe ſuum.
uodq; quidē ſcelus eſt, à paupere munera poſci:
Atq; à diuitibus præmia nulla peti.
uum ſubito in regnum Iouis hæc genitoris abiuit:
Tantum queſta nefas opprobriumq; patri.
ecula voluuntur: deus & iuſtiſſimus orbi
Naſcitur: imperijs ſummaq; & ima regit.
uppiter è cœli deiecerat arce parentem,
Deijcitur paſſus, quod pater ipſe tulit.
rgo Aſtrea inquit terras me rege reuiſe:
Quæq; Iouis fueras nata ferare mea.
uo natus erat: quum cunas illa petiuit:
Tunc primum terris reddita diua ſuis.
ontingit vt tenerum demulcens, inquit, alumnum
Iuris viue diu maxima fama mei.
pplicat os dicens: leges puer hauſit, & idem
In cunis Iudex iam ſibi factus erat.
reuerat arte deæ, cultor pietatis, et æqui:
Atq; tuus meritis Curia clauus erat.
ura miniſtrabat, iuſtis facundia fauit:
Innocuis facilis, ſontibus acer erat.
urgia differri per cauſas turpe putabat:
Annua ſæpe vna lis erat acta die.
armina fraudabat nullo prudentia ſenſu:
Scitaq; erant plebis, dictaq; legis idem.
emma datas nunquam corrupit adultera ceras:
Ad pia mendaces oderat ille notas.
ullaq; poſcebat ſuſceptæ munera cauſæ:
Duxerat & voces proſtituiſſe nefas.

Cū chriſto iuſtitia renata.

Iuo à iuſtitia nutritus à paruulo.

Aduoc. Pauperi. C um quoq; diuitibus perſæpe vocatus adeſſet:
Pauperibus potius comis et aptus erat.
V nde quod hoc fecit, cognomina pauperis illi
Tradita, ab officio promeruitq; , ſuo.
V iderat iſta deus deduxit in atria patris:
Vnus & è ſuperis hic mihi dixit erit.
N ullus & ex illo conſultus in æthera venit:
Q uod ſimilis diuo per fora nullus erat.

Vitia cauſidicorum. A uro iura valent, ſunt & venalia, nobis
(Si fas eſſe putas) iam precor Iuo redi.
Q uærit opes Iudex, nec auarus reſpicit æquum,
Pauper eris lites perdere iure potes.
S cilicet ah crimen, frigent pro paupere leges,
Et plus iuſtitia diuitis arca valet.
C auſidicis nunc præda ſumus, nec iura reſoluunt,
Non quia non poſſunt, ſed quia lucra placent.
Q uare age, ne lacerent, legum ſanctiſſime cuſtos
Hos reddas æquos perſimileſq; tui.

Aquilæ caudaex oritur. ¶ Hæc ſacra lucis erũt, ſi quis quoq; ſydera quæret:
Incipiet volucris cauda patere Iouis.

Euſta. doctorũ Statio. ¶ Cras vocat Euſtachius, huc ite Iuonis ab ara:
Legibus authores imbuit ille nouos.
C auſa licet poſſit propria ratione probari:
Pene quod eſt doctæ Palladis ante fores.
A ltera ſubijcitur, vero eſt & proxima, dicet
(Vt fas eſt) Sacri qui ſtudioſus erit.
C ornibus è Cerui audiuit dominum ille loquentem
De ſummo & tanquam diſſeruiſſe loco.
N on ſecus ex alta doctor quam ſede paratus:
Nititur hic ſumma rem ratione loqui.

t tamen exuitur quia Ceruus in angue ſenectam:
Viuit & iuuentis ſæcula longa ſuis.
ſſe putant cauſam, quia ſic ſua tempora virtus
Ducit: & annorum vincit honore dies.
ec minus hic muſis reuocat ſua tempora Lucas
Sint licet hæ: veri pars ſua cuiq; manet.
rgo vbi flaua viro Pallas perfecit honores:
Atq; petit ſtudij præmia certa labor.
pectat ſacra patres, doctoſq; coronat arena:
Nec minus ingenuis artibus illa vacat.
Hac et nocte Hyades patrio ſpectátur Olympo:
Sunt ſeptem: & faciles decipiuntur aui.
ictus Hyas deus eſt, inſtar nam decidit imbris:
Eſt pater huic Atlas, Aethraq; mater erat.
eptem hic mente ſatas ſacra ſuſcepit, at illis
Creditus Oceanus iam pater ante fuit.
nte erat has natus, prima qui ætate benignus
Diſcipulos docuit, continuitq; domi.
ſt vbi maiores vero ſtimulauit adultus
Fit trucibus captus præda cruenta lupis.
acta fidem res eſt, cæſum fleuere ſorores,
Præbet Atlas cœlum, nomina frater Hyas.
Nox erit, at lucis venient quũ tempora, dextrũ
Attollet cornu bos pius ante deum.
Hinc vbi protulerit terris noua lumina Titan,
Accendent Hyades illius igne facem.
Tertius Eous nitidum quum ſcandet Olympum:
Aurea Iordanis ſydera tollet aquis.
Aſpicit exceptas cras virginis æde ſorores:
Ite nurus, caſtas altera & altera amat,

Hyades ſeptẽ dóa ſpũs ſancti ĩ fig. oriuntur Hyas in fig. chriſti dictus

Cornu dextrum tauri mane oritur Hyadũ lãpas oritur matutino.
Iordanis flu. oritur.
Mariæ vir. ſorores duæ.

V irginis hæ comites fuerant caræq; ſorores:
Gaudia cũq; illa triſtitiãq; ferunt.
N empe, genus ſuperũ, viuum vt videre nepotem:
Exanimum ad lachrymas ſic tenuere ſinu.
¶ Tunc quoq; venturæ ſub prima crepuſcula noctis
Parthe time, in caput eſt orta ſagitta tuum.
Sagitta veſpere oritur.
Q uærebam, pharetra ſonuit quum ſyderis author:
Et cauſam, & ſydus, diſce poeta refert.
C æſare ſub magno gererem cum ſigna tribunus:
Dictus eram pili gloria prima mei.
C lam, Ioue contempto, nati vertebar ad aram:
V incla tuli, trinum paſſus ad illa deum.
C ampus erat, campi medio rude gramen & arbor:
V entum erat huc, celeri me rapuere manu,
E xuor ad truncum, curuo circumſonor arcu:
Q ualis ab arciferis icta tabella ſolet.
T elaq; tot ſenſi, quot ſeptem habuere pharetræ:
Mittere quot ſeptem tunc potuere viri.
A ttamen his vnus ſum dictus ad vltima fortis
Suſpiciens genium ſemper ad ora meum.
E rgo renes primum traiectus harundine ſenſi
V ulnus, adhuc epulas pluribus vnde veto.
Renes à multis ñ eduntur.
L umina quum tollo (palmas nam vincla tenebant)
De plagaq; inquam ſuſcipe tela deus.
P ace tua Alcide, pace & tua Apollo, loquebar:
Q uum mea per ſtellas quinq; ſagitta micat.
S ed cum nulla luis ſis diræ vulnera paſſus:
Sit ſolum & ferri corpore plaga tuo.
C ur luis author ades nobis ſic cultus ad aram?
Sic ego, ſic verbis tunc ait ille ſuis.

Phœbus

P hœbus erat priſcis: telo feriebat & arcu:
Quod iuuenis fueram Phœbus vt ipſe fuit.
Quodq; mihi telum atq; arcus curuetur vt illi:
Ad me poſteritas tranſtulit acta dei.
T ranſtulit admonitu diuum, cœliq; iubentis:
Vocibus & vatum carminibuſq; color.
S cilicet auſonios contagia dira premebant
Non aderat tempus, non medicina malo.
A duocor à vulgo ſacra ſic reſponſa docebant:
Soluitur: & templis ponitur ara meis.
D ixerat: ante fores crotalo ſtrepuere cateruæ:
Tympanaq;, & curuæ mollia fila lyræ.
nq; modum pepli pateram, tunicamq;, ferebant:
Clamoſo artificum prætereunte choro.
Quid ſit forte rogo, domini de nomine luces
Sunt quas pollicitus tu mihi dixit, eras.
C um mihi feſta dies, cum ſacrum poſceret ara:
Raraq; pars eſſet, quæ neget inde preces.
T hura Remi populus lucris intentus, & arti,
Non dederat, noſtros deſtituitq; focos.
E t me tangit honor, ſuperos tangebat auorum:
Hinc Phœbi, & Phœbes ſpreta ſagitta nocet.
V eris erat finis, primuſq; incœperat æſtus:
Tempus adeſt dixi, quo mea tela valent.
A udit vt hæc ſtygius volucris puer exit ab vmbris:
Daq; arcum dixit, criminis vltor ero.
D ixerat, arma dedi, data ſum tamen arma ſecutus:
Spicula trux, ſed me præcipiente, iacit.
P rotinus inſontes, & ſontes facta dolebant:
Alteriuſq; alter, funere funus erat.

Societates diebus dñicis.

Feſta colēda ſunt

Q

Curritur ad templum, memores tunc deniq; noſtri
Thura ferunt, lecta de ſtipe dona tuli.
Plebs quia prima mei ſenſit contagia teli:
Dona dat artificum publica pompa mihi.
Vna nec illa quidem eſt, noſtro ſonat Appia plauſu
Cumq; via templi nomine porta mei.
Deſierat, cœpi, dic quid veſtigia poſcunt:
Veſtigia chriſti in marmore
Marmore ſunt aræ quæ duo iuncta tuæ?
Claue potens prima, romanum fugerat enſem:
Excubijs preſſus, viq;, Neronis, ait.
Venerat ad pontem, triuium, paruumq; fluentum:
Occurrit media quum deus ecce via.
Protinus vt nouit, retro veſtigia preſſit:
Dñe quo vadis ſacellum.
Conſiſtens proprius ſe oppoſuitq; deo.
Quoq; inquit vadis domine, affaturq;, tenetq;:
Hic vbi dedicto fert breuis ara notam.
Vt crucier rurſus dixit, reddarq; flagello:
Finierat, ſanctum deſeruitq; ſenem.
Inq; fidem facti, liquit veſtigia ſaxo:
Ante focos quæ nunc aſpicit ara meos.
Dñicæ Mai vulgi & ſociorum vſus.
Dixit, & ex oculis pharetratus in æthera ceſſit:
Vltima de domini lucibus illa fuit.
Aſpicies turbis tractus feruere viarum:
Pluraq;, non vno gaudia ſumpta loco.
Pars adeunt templum, face pars ſacra antra ſecuta,
Igne explorat iter, ſubſequiturq; manu.
Pars vaga per campos potat, pars ludit & errat:
Pars ſalit ad cyathos feſta taberna tuos.
Multos facta iuuat cæſis vmbracula ramis,
Atq; per herboſam ponere corpus humum.

A rtem in equis alij, mellita monilia nacti,
Clamant: faſq; putant immaduiſſe mero.
E ſt calor, eſt vinum, titubant, diſcede viator
Neſcit ſæpe ſuos ebria turba duces.
D ux procul interea latijs ſonet arcus ab oris:
Placatus populo proſpiciaſq; tuo.
¶ Punicea virgo Tithoni vbi veste rubebit:
Illius & linquet luce nitente latus.
¶ Pleiades è ſummo ſurgentes æthere, vultum
Attollent, ſolitos impedientq; choros.
Q uaq; ibunt, ſenſim ſecũ noua nubila ducent:
Et ſubitæ è ductis exorientur aquæ.
¶ Ast vbi quarta roſas ſparget Pallantias ore:
Et reuehet nitidum Phœbo oriente iubar.
T erra ſub ingenti ſibi tempestate madebit:
Læſa ſeges ne ſit, rustice funde preces.
¶ Vltima lux mẽſi eſt, meta eſt et quinta peracta:
Clauiger & natæ ponitur ara tuæ.
V ertit in exequias hymenæos casta futuros:
Fabula ne natæ læderet vlla patrem.
Q uare age ſi poſita conuiuis febre miniſtrat:
Siq; cupit populo ſe decus eſſe tuum
S æcula quæ reſtrant, quæ ſacri inſignia regni:
Q uæq; datæ vt fieres gloria prima chori.
S i fas eſſe putas, Maiestaſq; ipſa probabit.
Hocq; tuum officium ſi decuiſſe voles.
H uic rogo (restituet) da claues ſancte, libellum
Hic cum menſe ſuo claudat vt illa meum.

Explicit liber quintus.

Ingentes ſæpe fiũt turbæ.

Virgiliæ oriuntur Imbres repẽtini.

Aeris tẽpestas.

Petronillæ cuius statio in æde patris.

SACRORVM FASTORVM LIBER SEXTVS.



¶ *In hoc menſe Iunio, iuuenes, ſiue iuncti à concordia reges veterum, verificantur in ſpiritu ſancto iuuene, & ab eodem iunctis apoſtolis, in feſto Pentecoſtes: in quo miſſus fuit: quod in templo per colūbam repræſentatur. Tutela olim Mercurii: nunc Barnabæ apoſt.*

SExtus erat menſis, faſtos de nomine priſcos
Cōſulo, in his varius nominis author erat.
Iuno parēs illū poſcebat, et Herculis vxor:
Et pia concordes quæ dea fecit auos.
Venerat his nondum litem qui finiat anni:
Quiq; nouus ſacris menſibus eſſet honor.
Ergo ego dicebam, quæ menſem vendicat ara?
Vnde petam cauſas? quis mihi vera canet?
Quum ſubito pennis prope concitus inſonat aer:
Qualis vbi è ſummo eſt lapſa columba loco.
Concutior, radijs totus quum cingor ab ignis:
Atq; oculos iuuenis conſtitit ante meos.
Spūs. s. Apollini ſimilis *Fax erat in dextra, radiorum in fronte corona:*
Qualem mane ſibi Phœbus habere ſolet.

Delphica cingebat radiantia tempora laurus:
Velabatq; imos inſtita longa pedes.
Cætera fulgebat ſeptemplice veſte decorus: Septẽ dona myſtice Spũs ſãcti per veſtem.
In vultu ſignum ſed properantis erat.
Non erat Atlantis ve nepos, Phœbus ve, ſed illi
Vultuſq;, atq; ætas, inter vtrumq; fuit.
Pallueram ergo metu, quum ſic prior ille, poeta
Caſte redi, & verbis percipe dicta meis.
Hæc quod ſacra canis, renouataq; tempora faſtis,
Signaq;, cœleſtes alloqueriſq; tuos:
Dux ego ſum facti, ſcirent vt noſtra nepotes:
Antiquis tantum ne licuiſſe putes.
Phœbus eram, neſcis? ſic me dixere priores: Phœbus ĩ fi. ſpũs ſ. fuit.
Ignari certe numinis ante mei.
Quod fuit, eſtq; illi præſens, quodq; inde futurũ:
Omne ſub arbitrio nunc patet eſſe meo.
Vatibus & per me cœli commercia fiunt:
Meq; afflante ſacræ ſemina mentis habent.
Sum deus in vobis: me agitante caleſcitis ipſi:
Sedeq; ab ætheria ſpiritus ille feror.
Treſq; ſumus, mihiq; eſt aer, liquidum tenet alter
Aethera, cum terra poſſidet alter aquas.
Sic ſed vt inter nos hæc ſint communia, & vnum
Vt credas: numero tres licet eſſe putes.
Quicquid enim ex illis ſibi numinis vnus habebit
Alter habet, cũq; his nomina terna facit.
Ergo ego, vt hic recte noris qua menſis in ara eſt:
À cœli miſſus tertius arce canam.
Vt taceam æternæ noſtra eſt quod forma iuuentæ:
(Has ſibi ne partes Herculis vxor agat)

Ne dea ſe Iuno, dea ne concordia iactet:
Per me iunctus homo virginitate deo eſt.
Cauſa ſed eſt proprior: tu quæ ſit diſce, docebo:
Conuincam veteres tempus id eſſe meum.
Iam promiſſus eram duodenis fratribus, & iam
Conſtiterant dicto dulcia membra loco.
Temporaq; vt diſcas, quæ forte eſt vltima Mai:
Penè dies, actis idibus, illa fuit.
Maximus antiſtes ſolio ſpectandus ab alto
Sederat, hunc circum conſtiterantq; patres.
Cœperat ex orto iam ſole rubeſcere cœlum:
Spem pauidi atq; metum flaminis inter erant.
Quum pater inquit abi, celer et puer accipe pennas:
Igneq; cœleſti ſacra per ora vola.
Dixerat in niueas delabor ab æthere nubes:
Ponèq; ab ætherio me venit axe fragor
Limina clauſa aderant, tetigi patuere penates:
Perq; via eſt radios ignea facta meos.
Non ſecus ad patres iſtis quam forte calendis
Ire ſolet, facti ſigna, columba mei.
Protinus admiſſo domus igne tremiſcere viſa eſt,
Summiſſiq; oculos procubuere duces.
Tunc ego multiplices in linguas vertor ab igne:
Sacraq; per fratrum tempora & ora volo.
Aſpiceres ſubito non vna voce locutos:
Atq; illos varios edidiciſſe ſonos.
Ergo quod ad fratres volo, quos mea gratia iunxit:
Iunius eſt iunctis fratribus ipſe ſacer.
Dixerat, in vires redij, ſed fare roſarum
Cur quoq; nunc menſem nomine vulgus ait?

Spũs .s. ab apoſt. in Pente coſ. accipitur.

Colũba igne ad patres in memoriã Spũs.s. mittitur.

Iunius iunctis apoſtolis ſacer.

I gne, refert, venio quod odoris ab ætheris hortiſ:
Q uodq; ſibi ſimilis flammaq; floſq;, nitet.
I lla luce ſacris ſparguntur in ora virorum,
Perſimiles flores ignibus ara tuis.
F lores turba roſas vocat: inde roſarius ipſe
Menſis, & à graio nomine dicta dies.
H æc ait & tenues volucris ſeceſſit in auras:
Sublimiſq; oculos deſerit ille meos.
¶ Occiderat Phœbus: repetebat Lucifer ortus:
Nuptaq; non vno multa nitebat equo
A urea turritos nectebat vitta capillos
Iuerat ad teneros & ſtola longa pedes
T ybris arenoſus, qua dextro flectitur amne:
Ara datur menti, Saxia nomen habet.
G rata pudicitia eſt, ſeruetur vt illa puellis:
Patribus incertis ſuſcipit æde genus.
A pta puellarum venere vbi tempora tedæ:
Nubilis & viſa eſt turba, potenſq; viri.
D ucitur illarum ſacros Hymenæus adignes:
Hiſq; datur dos hac, pompaq; feſta die.
I tur perq; vrbem, dant certa & ſigna coronis,
Arbitrium menſis numinis eſſe ſui.
Q uod licet his, aliæ tamen hoc vitare iubentur,
Maturæ facibus culte Hymenæe tuis.
C aſtam nanq; famem monſtrator præcipit agni:
Q uam quoq; coniunctam tempora quarta petunt.
P uram, quæq; gerit tria nomina, poſtulat aram:
Q ua vetus hortorum nomina collis habet.
D eq; Erycina adytis illius Hymenq; fugatur:
Læſa quod his terni pars obit vna chori.

Iunius roſarius cur dictus eſt.

Puelle ſ[illegible] nubunt.

Nuptie nõ fiunt.

Feſtum Trinitatis non hinc procul.

Nam horũ cauſa orba eſt, res nõ percepta tot annis:
Quæ ſtupidos virgo pignore fecit auos.
Fratres Trinitatis carnes nõ edunt — Vnde Trias carnes, quibus eſt offenſa, miniſtros
Ponere perpetua virginitate vetat.
Ergo nouos generos cupidæ ne quærite matres:
Coniugibus lux hæc non erit apta nouis.
Nec properate nouæ tedas accendere nuptæ:
Hoc melius tempus, quo ſibi fiet, erit.
Arctu- rus occi- dit. — ℭ Aurea quum tulerit nitidum Pallantias ortum:
Vrſa tuus cuſtos in mare merſus erit.
ℭ Altera ab hac fuerat, referebat Lucifer ora:
Cõciliũ indicitur — Dictaq; concilio venerat orta dies.
Depoſito clypeo uenias, & caſſide, Pallas:
Sat rigido Marti, criminibuſq; datum,
Viuat io felix legum tutela ſacrorum:
Pax quibus, expulſo crimine, iura dabit.
Illa deum primum fecit de ſtipite uultus:
Inq; ſua factos præcipit æde coli.
Illa dedit leges, moreſq; uocauit in urbes:
Et prima ante deos exta litauit ouis.
Hæc noſtri coget Parthos in numinis aras
Thura dare, auerſas ſubijcietq; manus.
Scilicet ut perdat noua fulmine monſtra gigantes
Iuppiter, hanc optat, conciliumq; uocat,
Iureq; Maieſtas permanſit tuta deorum,
Nunc fit idem, ut noſtro tuta ſit illa deo.
Iordanis exoritur — ℭ Abluere ergo caput Parthe ò genus acre gigantũ
Vt poſſis, oriens dat ſacer amnis aquas.
Venerat omnipotens uelut è mortalibus unus:
Ablue quum fluuio me quoq; frater ait.

Iuſſeq;

Iuſſaq; quo fiant, poſuit velamina ripis:
Et tetigit nudo corpore fratris aquas.
Abnuerat primum, tanto mox numine victus
Vrna ſumit aquas, indeq; ſanctus ait.
Vos ego quas fundo (fratri nam fuderat) vndæ
Officij teſtes ſitis vbiq; mei.
Vix ea quum pennis ſupra caput obſtrepit ales
Deq; polo natus, vox erat, iſte meus.
Signaq; quo veri genitor manſura relinquat:
Fluminis effuſas ſydera fecit aquas.
¶ Altera vbi Phœbus luſtrabit lampade terras: — Gemini incipiunt veſ. occi.
Et iuga defeſſis demere quæret equis.
Dulcibus aſcendent gemini complexibus ora:
Nexaq; per liquidas colla ferentur aquas.
¶ Quartus at inde vmbris quũ Titan lumina cõdet, — Dorſum centauri veſpere apparet.
Heſperus & ſparget ſydera prima polo.
Aſpiciet ſenſim producere terga profundo
Semiferumq; virum, ſemiuirumq; ferum.
¶ Sole oriente ſuis pendebunt nubibus hædi: — Hædi oriũtur canis iunior occid.
Et cadet hinc vndis ſole oriente canis
¶ Sexta dies actas quæ cernit in ordine nonas, — Solſtitiũ æſtiuum
Qua Sol æſtu auctus ſtare videtur equis.
Nomen vt hinc capiat, cœli de vertice latas
Orta ſuper terras ſolſtitialis erit.
¶ Tempus idem Cancri ſummittit ſydera Phœbo: — Sol in Cancro.
Quiq; ait hinc æſtus fit, ſibi verus erit.
Ergo tuum felix litus Galilea petebat:
Qui deus humana voce magiſter erat.
Vidit vt hic nautas humentia lina trahentes:
Hos, vt erat mitis, protulit creſones.

I te ad me fratres, cum puppe relinquite rete:
Dixerat, hi ante pedes numinis ire parant.
S enſit vt hoc Nereus, viditq́ue recedere nautas:
Non impune quidem facta feretis, ait.
Ira Nereimaris dei. N uminis Alcides odium perpeſſus iniqui,
Suſtinet ad Lernam vulnus Echidna tuum.
N um ne poteſt Iuno, pluſquã nunc rector aquarũ?
Oclipes i dixit, deſere Cancer aquas.
D eſere dicebat, latebras quum forte relinquens
Surgit, & in læuum labitur ille latus.
S ubq́ue vado teſtam, præcuruaq́ue brachia celat:
Fratribus it Nereus turbet vt aſper aquas.
P ræterit ergo Cephas, fratrem putat ille ſequentẽ:
Q uum Nerei apprẽdit, ſubſequiturq́ue pedem.
H unc preſſurus erat, quum ſic deus, æthere noſtro
Siſte pedem Nereu, viuat vt vlter ait.
D ixit, & illatum cœlo ſuper addit Aſello:
Indeq́ue ſyderibus ſexq́ue decemq́ue micat,
Meſſis incipit. ¶ Falce coloratæ iam rure ſecantur ariſtæ:
Fœnore cumq́ue ſuo ſemina reddit ager.
S erta ferunt Cereri, fundũtur in agmen agreſtes:
Fronde virens meſſor per fora clamat, io.
Meſſorũ pompa. E ſſe putes acies, palea galeata iuuentus:
Fercula fert, pompas ipſe maniplus habet.
T ectaq́ue magnorum ſubeunt ſpatioſa Q uiritum:
Q uos ſua adhuc culti gloria ruris habet.
Meſſorũ æſtas. ¶ Interea imperium ſibi fortius accipit æſtas
Incipit & vires certa mouere ſuas.
Conſolatiõis ſtatioquañ. ¶ Iamq́ue duæ domini peragebant nomine luces
Tempora, ſpectabam munus agreſte deæ.

Audio quum ſtrepitus ſera ſub luce tubarum:
Conſolantis habet qua dea virgo notam.
A' capitolina tubicen huc venerat arce:
Ceu modo Saturni fit quoq; ſæpe die.
Cur faciant quæro, cauſam neſcire loquuntur:
Ipſa licet media fulgeat ara via.
Plurima de templo ſe ſuſpendebat hirundo:
Nullo viſa magis crebra tabella loco.
His ego perlectis redij, nec carmine faſtis
Tunc rudis hanc potui condere rite diem.
¶ Rara fides vẽtis, Zephyro ne credat agreſtis:
Ille licet iubeat pandere vela rati.
Sed, cui ſecta ſeges nondum, nec ſerta parauit:
Vt terat aggeſtas area diues opes. Zephyrus flat
¶ Barnaba lucifero quia thura requirit eodem: Barnab. apoſt.
Afferat hæc ſupplex, expediatq; preces.
Vidi ſæpe huius nam qui neglexerat aram:
Poſt modo decuſſis frugibus imbre queri.
Quoſq; ſibi é culta ſperabat vite racemos:
Grandine detonſos procubuiſſe ſolo.
Palladis & pingues legiſſe ſub arbore fœtus:
Atq; nouos flores, pomaq; acerba, manu.
Scilicet ingentes ciet hæc perſæpe procellas, Tempeſtas iterdum.
Atq; ſatis dura eſt, arboribuſq; dies.
Cancrum adeat quãuis ſydus pluuiale Capella:
Non tamen hinc nimbi cauſa nocentis erit.
Nanq; dei iuſſu cum iam mandata tuliſſet:
Creditus & terris Iuppiter ille foret.
Thura parat populus, negat hic, dedit ille neganti,
Facta Iouem tangunt, telaq; nube capit.

Aſpera frondoſis detondet vitibus vuas:
Farraq; tempeſtas turbine ſternit humi.
Sacra duci properant, pelluntur nubila ſacris:
Et victa poſuit Iuppiter arma manu.
Curaq; placandæ ſic tempeſtatis ad illum
Venit, adhuc hanc ſi ruſtice quæris, habet.
¶ Tertius hinc pluuios cœlabit lucifer hædos:
Phœbus: ad occiduas quum celer ibit aquas.
¶ Deq; vndis humeros leues attollet Orion:
Bellatrixq; illis Limpida nomen erit.
Nubeq; collecta demittit ab æthere nimbos:
Nauita, præmoneo, te prope littus age.
¶ Sæuiat ille licet, placabit mercibus æquor
Tunc pater: a Padua qui ſibi nomen habet,
Placet is & cur hoc, vt ſcirem templa petebam:
Munera mercator, thuraq;, mane dabat.
Quæſieram cauſam, quærenti ex æde miniſter
Sic illam mitt retulit ore mihi.
Puppe vir impoſitis ſulcabat mercibus æquor:
Venit hyems, hyemis ſollicitatur aquis.
Lintea ſuccumbunt, torti crepuere rudentes:
Fugit humus, medio ſubtrahiturq; ſalo.
Dat latus, & fluctu tandem compulſa ſiniſtro
Puppis, ab inſano vortice verſa gemit.
Poſcit opem voto victus mercator ab vndis:
Et ſi piſcis, ait, ſi tibi paret aqua.
Cedat hyems pelagi, ceſſauerit illa, receptus
Diue dabo meritis debita templa tuis.
Talia dicebat, ſed opes iaciebat in æquor,
Preſſum aurum, at tumidis gaza natabat aquis.

Hædi oc cidunt chronice
In hume ro ſini ſtro. Orionis limpida orix
Anto. de Padua
Mercato rũ feriæ.

Fit ſpatium, ſæui pacantur in æquore fluctus:
Et ſua tranquillo eſt reddita forma mari.
Lucifer vnus abit, pariter proceſſerat alter:
Spes aberat, rerum tardaq; viſa fides.
Portus erat, madidum piſcator rete trahebat:
Traxerat & piſcem, piſcis habebat opes.
Emerat hunc menſæ mercator forte futuræ:
Tecta petit, tepidam præparat ignis aquam.
Facta cano, cultris aperitur bellua ponti:
Inſpiciunt, aurum piſcis apertus habet.
Fama volat facti, piſcem vocat ille fidelem:
Thuraq; dat diuo, celſaq; templa ſtruit.
Inq; illis puppim, quoq; nunc quæ pendet ad aram
Frondea, tunc fecit, factaq; vota docet.

Puppis mercatoris ſuſpẽditur ad fores.

Hinc, ſibi qui merces, et qui rem perdidit, illi
Dona vouent, votis lætus vterq; redit.
Iuraq; Mercurio quæ fecerat ante vetuſtas,
Huic dat poſteritas, certaq; ſacra facit.
Curq; facit ratio eſt, ſed rebus idonea noſtris:
Vana quibus ſtulti fabula cedit aui.

Mercurii vetus conſuetudo huic datur.

Præfuerat ſolers mutandis mercibus ille:
Hic mercatori piſce recepit opes.
Ille imberbis erat, barbæ lanugine prima
Hic tegitur, capitis tegmen vterq; tulit.
Pennaq; Atlantiadæ eſt, hic cordis tollitur igne:
Vnda Capenæ illi, Tybridis huius erit.
Nec minus interpres fuit hic velut ille deorum:
Albaq; pro virga lilia, & angue gerit.
Iſteq; vt ille ſuis periuria dura remittit:
Vertit & in celeres impia facta notos.

L ucraq; dat facilis, coniungit gaudia lucris.
Ducit & emptores, quod facit ille, nouos.
D ixerat, at libo dic cur procumbit aſellus?
Finieram, cauſam quum mihi blandus ait.
G ens erat & ſacris, & noſtris perfida diuis,
Duraq;, qua fuſas Adria tollit aquas.
Hæreti-corū duritia. D iuus adit, clauſum cecinit ſub imagine panis
Eſſe deum, riſit impia turba fidem.
E rgo ſacro, dixit, libo ducatur aſellus:
Conuincam pectus mollius eſſe feris.
D icta dies fuerat, quum turris ab ære vocati
Conueniunt, medio ponitur ara foro.
R em facit, arcano pater afflat carmina pani:
Verbaq; vulgari non referenda uiro.
D ucitur ad ſacrum dudum ieiunus aſellus:
Hoſtiaq;, inq; cibos hordea, fuſa, manent.
S iue quod ille deum panis ſub imagine vidit:
Miracu-lū de ho-ſtia. Forte iacens qualem viderat ante bouem.
S iue quod hoc ſuperis viſum eſt, pius hordea liquit:
Et ſtetit ad libum, procubuitq; deo.
F acta cano, populo verum ſua ſcena probauit:
Viſus erat tacita fundere voce preces.
F leuit adorato gens conſcia numine culpam,
Ara foro poſita eſt, ſtatq; vt aſellus erat.
A dmiratus eram, turpe eſt non credere dixit:
Damna quidem tantum ſæpe, ſecuta nefas.
Q ua Padus eſt libo (res eſt hic digna relatu)
Corporis & precibus venerat apta dies.
F eſſus luce ſacra manet ad præſepia taurus:
Vomereq; appenſo culta quieſcit humus.

S epoſitæq; tegunt agreſtia corpora veſtes:
Faſq; putant feſtos ducere in orbe choros.
P ompa ferebatur, qualis de lucibus octo
It vaticano per ſora prima iugo.
H ic vt erat, demens illi inſuber ipſe choream
Præpoſuit, viuum poſt habuitq; deum.
I ra mouet ſuperos, ſic vt ſalit ille remanſit:
Perq; gradus generis crimen id iſſe putát.
E rgo ait, his poſſem cum plurima iungere vera:
Sat tibi pro libo dicta fuiſſe putes.
F actaq; ſuccurrant, quoties patet hoſtia templo:
Sunt maiora quidem ſæpius iſta fide.
M ane erat abſceſſi, grateſq; vt conuenit egi
Audio quum hanc etiam corporis eſſe diem.
S cilicet hac inquam caſus luce obtigit illi:
Dicebam, video quum properare nurus.
I bam, alti in mitris proceres ſolennia ducunt:
Condita velleribus qua via ſacra patrum.
C umq; illis pariter, nati melioribus aſtris,
Ordine ſelecti cum face cœtus erant.
C onditor orbis adeſt, velatus imagine panis,
Procubuit poſito fœmina virq; genu.
M aximus at pura pater hunc cum veſte ferebat:
In ſolio, iuncta, conſpicuaq; manu.
H inc atq; inde oculis velabat ſacra flabellum
Argetuis, quo ſtat, vitreus orbis erat.
S ummaq; texebant ſacræ faſtigia gemmæ:
Inſpicias, radijs ſolis ineſſe putes.
E rgo ſua celebris circum viua hoſtia pompa
Ipſa ferebatur plebe ſequente choros.

Pompa corporis Chriſti officiales cũ ſeculis.

Pontifex vectus cũ corpore Chriſti.

R eſpicio, prope turba aderat, vulgiq; corona:
Saltabat media vir tamen ipſe via.
F actaq; narrabat, modo quæ mihi forte ſacerdos
Atq; ſui generis crimina faſſus erat:
D emum ait, ò ciues ſancto procumbite libo:
Q uem patior ſaltus contigit vnde mihi.
D ixit, & æra petens vltro citroq; meabat.
Reſq; iocum, pariter triſtitiãq; dabat.
S pectabam ſimul húc ſimul et miſerebar, ab ipſo
Non poterat ſaltu nam tenuiſſe pedes.
M otus eram facto, ſic vt quoq; turba, roganti
Fortunæ trado munera parua meæ.
H oſtiaq; inde inquam cuius ſum ſacra ſecutus,
Da mihi cum ſano corpore mente frui.
Vito & Mod. canũ feriæ ¶ Prima vacat ſigno: pictos notat altera faſtos:
Sacraq; cum ſocio tempora Vitus habet.
T empla celebrantur veteri coniuncta macello:
Q ua titulum diui clauiger arcus habet.
S preuerat ille Iouem, faſtus vt pœna ſequatur:
Ingeritur canibus, ſubijciturq; leæ.
R edditur incolumis, mouerunt facta minores:
Atq; canum læſos morſibus inde iuuat.
H incq; ſtat ante pedes diui canis vnus et alter:
Et valeat quantum numen, vterq; probat.
S it licet Acteon, roget hunc non tactus abibit:
Oleũ & pãis ſcriptus ſanat & lapis martyrum. Sitq; Crotopiades à cane tutus erit.
P roſit is vt ſemper, ſacrum ſeruatur oliuum:
Panis, & in multa tranſitione lapis.
V idi ego demorſum, fureret cum Sirius igne:
Et medicæ triſtis quæreret artis opem.

His

His poſito morbum ſubito pepuliſſe furore:
Numinis & peſtem depoſuiſſe nota.
Eſt domus illuſtris, canis eſt ſed imagine nota:
Notaq; militiæ nomine, equeſtris honor.
Fama refert illam cane læſis demere virus:
Paneq;, vel ſcripto tradere rebus opem.
Diue, tuæ interea quia turba Diania curæ:
Da precor hac læſis ne timeantur aquæ.
¶ Quã bene ſuccedunt quoq; certo ſydera caſu:
Vt tecum veniat, ſuſcipiatq; canes:
Proximus ætheria quũ cedet Phœbus ab arce:
Et volet è curru ſoluere ſerus equos.
A capite incipiet curuare Sagittifer arcum: — Caput Sagittarii veſperitur.
Hac vir parte ſibi, cætera fortis equus.
¶ Tertius Alciden ſenſim teget æquore Titan:
Frenauit victa qui nece marte canem.
Quiq; ſacra domuit tot monſtra immania claua:
Pacauitq; orbem, reſtituitq; patri. — Hercu. i ſi. chriſti
Portauitq; humeris cœlum, dum vita manebat:
Dũq; eius populos aurea lingua docet.
Verq; duodenos victor tandem ille labores,
Pertulit Oeteo fata cruenta iugo.
Indeq; ab ærumnis deductus in æthera ſydus
Fulget, & allatæ dona ſalutis habet.
¶ Aeſtibus immenſis aer feruebit: at ipſum — Æſtus intenſio.
(Si petitis tempus) luce ſequente dabit.
¶ Poſtera Tithoni quum cœlo fulſerit vxor: — Virgo miraculorũ i mediis mœnibus
Eſt pia quæ muris addita, virgo litat.
Annus erat feſtus, ſanctum dixere minores:
Quum tulit è medijs mœnibus illa caput.

Seu præſepe ſuo quia nato ſorte placebat:
Ditet vt ille alios, quo ſibi pauper erat.
Siue hinc è muris populum vt tueatur & vrbẽ:
Vix ingens humili conſtitit illa loco.
Quũ ſubito (vnde nota eſt) micuit caſa parua tabellis:
Non procul à porta populе cana tua.
Alma nurus igitur poſtquam ſeruaueris ipſas:
Pro populo felix in ſtatione mane.

Lepus s. Iuliani. Apparet veſp.

Hac quoq; luce feret quũ pria crepuſcula Phœbus:
Te nitidum cœli cernet ab arce lepus.
Iuerat in ſaltus miles, cæſorq; parentum:
Quum vidit leporem, prædaq; dixit adeſt.
Dixit adeſt, ſubito quum, qua parat ille recurſum:
Diſſoluit celeri vincula dura cani.
Salius erat, vacuo vicinaq; gramina campo,
Proſiliunt nulla lentus vterq; mora.
Qualis vbi accipiter timidam petit vngue colũbã:
Recta nec vna via eſt, tuta nec vna mora.
Qua tenet alter iter, curſum non dirigit alter:
Seq; duo illudunt, impediuntq; fugam.
Hicq; latet, rediјt, ſequitur, fugit ille ſequentem:
Alterniſq; dolo, ſtantq; ruuntq; vijs
Voce iuuat miles, natat hic natat ille per herbas:
Quum ſpatio viſus liquit vterq; ducis.
Vidit facta deus, quum (quos terra ille requirit)
Attollit cœlo, binaq; ſigna facit.
Conſtitit inſpectans, ſtantem lepus agmine iuxta
Currit herum, ſeptem conſpiciturq; notis.

Auriga exoritur

Cras Auriga Polo referet ſua ſydera curru:
Poſcimur & cauſam: iunge Thalia rotas.

Duxerat Helias annoſas carmine quercus: Helias & ſi. illius.
Traxerat & duras ad ſua facta feras.
S cilicet & geſtis totum cōpleuerat orbem:
Ipſaq; erant tanto ſydera digna viro.
Q uum ſic ipſe refert: noſcor terraq; mariq;,
Aſtra vocant, mecum carpe ſodalis iter.
V enerat ad ripam Iordanis, ponit amictum:
Veſteq; tangit aquam, tactaq; ceſſit aqua.
H inc atq; inde vndæ preſſis in margine ripis
Conſtiterant, tectis murus vt ipſe ſolet.
I am pede contigerant riparum gramina ſicco
Q uum ſocio vates talia ſanctus ait.
H aud mora, ſydereo nam poſcor ab æthere, quod vis
Poſtula, vt optabis vota petita feres.
I re procul cura eſt: quid ſtas? iam tollor in auras:
Dona petas fient irrita nulla tibi.
D a duplicem mentem, tua ſed mens illa ſit, inquit,
Hanc dabo, ſed tu me ſi modo cernis: ait.
V ix ea, quū ſubito confunditur agmine turbo: Auriga Helias & cœlum.
Atq; poli horriſonus venit ab arce fragor.
Q uaq; venit celeres flammis micuere quadrigæ:
Scandit, perq; citis æthera fertur equis.
V idit vt ille vehi rapido per inania curru:
Heus, quo Auriga rotis? quo pater inquit abis?
D ixerat in clamans, ſummū quū ſpectat Olympū:
Huncq; videt ſtellis emicuiſſe decem.
Q uam bene poſt primam ieiunia præcipit Eos:
Ille & diſcipuli eſt lætus honore ſui.
A gnifer occaſus nam tunc qua dictus & ortus:
Imperat in vario gentibus orbe famem.

Hancq; quod in ſyluis tam longo tempore ſenſit:
Conueniens menſæ ſydera tempus erunt.
Sed canit ara modos funduntur aromata templo:
Et placet è ſtipulis tranſiliiſſe focos.
centum cruces. Herbas quærit anus, ſæpe & ſe flectit ad aram:
Multaq; quæ longum eſt dicere, noctè iuuant.
Piſta puellares pertundunt tympana palmæ
Aere plexa manu bractea verſa ſonat.
Natiui. Io. Bap. ¶ Naſcere magne puer cœli ſpes altera, tecum
Iam ſua formoſus lucifer ora mouet.
Naſcere, te maior iam non ſpectabitur alter:
Ipſa ſibi pariat fœmina multa licet.
Ante tuum vanas natalem ducimus aras:
Incipe nos ſacris vera docere tuis.
Interea, quando das viui fluminis vndam:
Vngula gorgonei quam dare neſcit equi.
Ipſe mone, ſcimus nam te ſacra prima dediſſe:
Num prior ipſe deo es? quo prius ortus eras?
poetarũ pric eps. Hoc age, ſi vatum tu princeps, ſi q; poetæ
Nunc nos noſtra tuis ora rigamus aquis.
Hæc ego, quum ſubito cœleſtem pallidus agnum
Obtulit ante oculos, & pia ſigna, meos.
Extimui, tunc ſic, rerum ſtudioſe mearum,
Mitte metum, dixit, noſtraq; dicta tene.
Hæc dicens fuſis in me ter leniter vndis,
His dubio cauſam protulit ille meo.
Hic quem ſtare vides (digito monſtrauerat agnum)
Ius daret vt populis, mite parabat iter.
Præuius vt fierem, cum iam pater obſitus annis
Eſſet, & infirmo corpore mater anus.

Mittitur è cœlo genitori fidus ad aram
Nuncius, & miſſus ſic ait ante focos.
Hactenus, ò longa ſuperos ne voce fatiga:
Quæ fuerat ſterilis cognita, mater erit.
Nixa dabit puerum, quo non præſtantior alter:
Cuius Iohãnes non rude nomen erit.
Fax erit ante deum, fratrem præcedet euntem:
Quid dubitas? vultu nam dubitantis erat.
Finierat, genitor dictorum ſigna petebat:
Concidit in medio quum pia lingua ſono.
Mutus erat, lunæ bis quinq; recreuerat orbis:
Reddo patri vocem, dictaq; pondus habent.
Ante deum venio, ſic ſum prior ordine, cultu
Res eſt priſca deus, me prior ille fuit.
Dixerat, à dictis vires rediere timenti:
Quum ſequor hoc illum protinus ipſe ſono.
Regia progenies cum ſis, cur pelle ferarum
Cingeris, & toto ſquallor in ore ſedet?
Iam deus ortus erat, puero puer ipſe placebam:
Charus eram & fratri, frater vt ipſe mihi
Aſt vbi iam venit luſtris mihi firmior ætas:
Separor à vulgo, ſyluaq;, ruſq;, placent.
Eſt locus hinc Banaſar, Phiale circũfluit illinc:
Cæſaris ad muros, Simichoniſq; iugum.
Antra loci ſubij, ſcabris pendentia tofis:
Qua nemus et rupes, qua ſacer amnis erat.
Victum corna mihi, concuſſiſq; arbuta ramis,
Moraq;, cũq; fauis aurea mella dabant.
Sæpeq; littoreæ fiebant menſa locuſtæ:
Hauſta cauis manibus ſlumina [illegible] erant.

Angelus ad Zachariam

Zacharias fit mutus.

Victus S. Ioan. Bapti.

Q uodq; petis, pelles cingebant membra Cameli:
Velabantq; meos vincula nulla pedes.
L inigeri haud aliter quã nũc mea turba miniſtri:
Officio ſimiles et mihi veſte manent.
R ura ego factus inops, velut illi cõpita, luſtro:
Hi ſtipis æra petunt, munere pauper eram.
L onga quod interdum ſubij ieiunia caſtus:
Q uem modo miraris, ſquallor in ore manet.
D ixerat, oſtendis ſed dic cur gentibus agnum:
Inq; tua nobis nocte natantur aquæ.

Agnus cur Ioã. Bapti.

N otus eram populis dixit, crimenq; peroſus,
Carmine formabam pectora dura meo.
F actaq; ſoluebam viuo deformia fonte:
Vnde meo officio nomina nactus eram.
I re illum vidi, quem non videre priores:
Ecce deum dixi, promicuiq; manu.
Q ui quia purus erat, niueoq; ſimillimus agno:
Indicat hunc digitus quod facit ante, meus.
M embra lauaturus poſuit velamina, nudus
Flumen adit, volucri teſte lauatur aqua.
M os manet, accedunt, multiq; lauantur vt ille:
Nocte mihi, & multæ mane natantur aquæ.

Aquæ natãtur ros in mane pro aqua

Q uod facere vt poſſint, mea ponũt limina ripis:
Nunc mihi arenoſus qualia Tybris habet.
Q uodq; etiam his labem tollebam corporis illæ
Tollere ſed noſtra damna putantur ope.
A dde quod, ipſe meis quia ros attollitur vndis:
Sole prius, plures per loca rore madent.
P ræterea, vates quia ſum, de fonte relatam
Vndam fatidicam nocte puella putat.

Longum erit hic vulgi tibi dicere facta ꝑ agros:
  Dum capitur ritus credulitate mei.
Vrbe etiam noſtro ſignantur nomine fontes:
  Hic vbi priſca meis Roma lauatur aquis. Fonteſ re gñatiõis per tẽpla
Omnis & ara mihi ſeruat quoq; puriter illos:
  Infans hiſq; natat, ceu modo in amne deus.
Biſq; deus genitus, genitus bis creditur ille:
  Hoc fit, & inuentum eſt turba ſecuta meũ.
Hinc noua cõpatris ſimul et ſunt nomina matris:
  Actum hiſq; notant, ſignaq; certa tenent.
Inq; notã fidei, cuius ſum inuentor, et vndæ:
  Nomine cum noſtro nomina miſta ferunt.
Omnibus his factis imitantur facta duorum:
  Grata fit & pietas, ſi qua natatur aqua.
Multa quidem didici, filicis cur ſemina quærũt?
  Cingimur & folijs tempora mane nouis? Filix vulgo carduus puellis.
Quid quod nocte nucẽ reuireſcere credit agreſtis:
  Quæ aruerat ramis frigore tacta ſuis.
Vt taceam viridi velabar fronde quod ipſe:
  Vnde caput vulgus cingere mane poteſt.
Mater erat ſterilis dixit, fœcunda quod inde eſt,
  Vim cum matre mea ſicca reſumit humus.
Hinc filicis uirtus hinc ſunt in honore tot herbæ:
  Cingitis hinc folijs ſole recente comas.
Carduus & floret, quẽquod cũ coniuge felix
  Illa fuit, lecti vincla referre putant.
Et uerbera meo eſt nunc nomine, ſacra quod herba eſt:
  Quodq; ſibi uires uaticinantis habet.
Hac quoq; facturi uelabant tempora fœdus:
  Sum quia præcurſor fœderis, illa datur.

Vere prius flores, æſtu referentur ariſtæ:
Poma quot autũno, frigore bacca venit.
Quã faciles illa faciunt quæ nocte puellæ,
Quæq; tibi, referam: facta ſecuntur anus.
His ſint plura licet, fœcundæ tradite matri
Atq; mihi, cum ſint nomine poma meo.
Dixit: & addiderat quoq; multa diſertus vt ante:
Quũ ſequor, heſternũ dic quid aroma petit?

Chario-phili dantur multa illa nocte fiũt.

Merx ait eſt pelagi, dominer cũ Cæſaris vndis:
Hoc dedit è multis, ægraq; mẽbra leuat.
Sic & mẽbra leuat, quia fonte leuatus et ipſe
Sordibus, à noſtra ſanus abiuit aqua.
Iſta patent dixi, ſed cũ delubra per vrbem
Tot tibi ſint, habitas cur laterana magis?
Hic ego reſpondit, luſtraui Cæſaris ora:
Priſcaq; fontanis Roma piatur aquis.
Nomine præterea meus hic & pectore frater
Par, habet hoſpitiũ, templaq; iuncta meis.
Quid? quod et hic Cæſar, magnis ſed dotibus olim,
Condidit in thalamo noſtra ſacella ſuo.
Finierat. quum ſic illi: dic ara rogamus:
Cur tua fœmineo eſt non adeunda pede?
Adde, quod admiror, ſi arcetur fœmina ab illa:
Cur latet ad poſtes limine clauſa tuos.
Fœmina, reſpondit, fallax mea colla petiuit,
Vertit & à ludis in mea fata manus.
Carcere me clauſit, coram laſciua nocebat:
Pœnitet hanc facti, ſponteq; caſta latet.
Dixerat: ante illum quum pulſat tympana virgo:
Meq; rogat prenſa molliter æra toga.

Abnueram, quum culta manu ſua ſiſtra retūdens
Mitte ait, abſentem quod grauis vnda coquat.
Impediatq; mare errantem, mergatq; procellis:
Et nunquam mollem ſentiat ille roſam.
Læſus eram, ignoui, teneram ratus eſſe puellā:
Inſpicio, fuerat ſed tamen illa puer.
Caprotinis nonis, ſic dixi, ancilla iocata eſt
Gallica, num vulgo mos vetus ille manet?
Poſſit vt eſſe inquit, noſtrum caput iſta petebat:
Theſaurus caput eſt: pro capite æra petit.
¶ Nec te cōmoueant alieno tempore facta:
Eſſent ſextili cum facienda die.
Nam ſibi quæ Herodes poſcit quum naſcitur, ætas
Poſtera natali iuſſit ineſſe meo.
At quod iniqua mihi fuerat petulanſq; puella:
Vulgus id vt doceat, ſubſtruit ora maris.
Dixerat, hoc etiam, quod miror, fare rogamus
Cur huic æra nego ſi mea, dira canit?
Dumq; canit: pelagi crudeles nominat vndas?
Finieram, quum ſic mitis ad iſta refert.
Odit enim ſi quis precibus ſua vota recuſat:
Vt ſolet illa ætas, vt quoq; ſæpe pudor.
Quod mare, qđ fluctus, in auaros illa precatur:
Sunt ea, ſi neſcis, numinis arma mei.
Equis tam extreme fieri nunc optet egenus?
Natali ingratus non det vt æra meo?
Effugiſſe putas iſtam, capieris ab illa:
Ibis & in caſſes prædaq; rurſus eris.
Ab quā ſæpe aliquis poſcentes æra peroſus:
Læditur, in lacera decipiturq; toga.

Natali priſcorū quæ fiebant.

T

Spectantiq́, iccum præbet, dare nãq; negabit:
Inde dat, atq; duo damna tuliſſe dolet.
Sed tamen adijciunt dic cur tua nomina dixi:
Nomine tu noſtro quo mouearis ait.
Dixerat, æra dedi dicta huic palinodia cantu eſt:
Dirarum cecinit quæ modo dura ſonos.
Coronula cur dicitur: ignes ſiũt
Sed rogo cur ſiſtris facit illa coronula nomen?
Viſa quidem titulo eſt res aliena ſuo.
Nũ quoniã inſtar in his eſt bractea quaſſa coronæ?
An quia ſunt teneris hæc magis apta choris?
Quod cruo ait: greci, pulſo dixere latini:
Et quos nos pulſus cruſmata forte vocant.
Inde puella petax pro cruſmata crunnula dicit:
Inuertens graias non bene docta notas.
Atq; ſui coram dum bleſa cupidine lucri eſt:
Tympana pro nummo pulſa corona vocat.
Reſtat vt admoneas dixi ſub veſperis ortu
Ante fores templi flamma quid ipſa petit.
Tertius extremo ſextili à menſe monebit:
Qui mihi funeribus lucifer ater erit.
Dixerat, hac Pallas ſtudijs petit ocia luce:
Num quod in herculeo ſigna Leone nocent?
Annuit, atq; inquit, dubio datur altera cauſa:
Vate quod hac muſæ me veniente ſilent.
Hactenus, amplexus gremio quum ſuſtulit agnum:
Solſtitiũ vulgi nõ tñ approbatum.
Ingenij dixi ſit tibi cura mei.
¶ Hac quoq; ſolſtitium vulgus ſibi luce putauit:
Sit licet, eſt alio hæc cauſa relata loco.
Gladius orionis
¶ Sed iam ſtellatus cœlo producitur enſis:
Quartaq; non feſſus tempora Phœbus habet.

P ars putat Aneæ,cum iam tuus eſſet Orion: mane aſcendit.
Indeq; romano promicuiſſe foro. Enſis Orionis in fig. enſis Cæſaris & Pauli apoſt.
P ars & Saule tuum, manus hoc cũ fulminet illa:
Fulmine quæ domino præcipiente cadit.
S cilicet & magni natalis fertur ad aram:
Vnde ſibi hunc Cæſar vnde Senator habet.
F acta igitur placuere deo, dux ille cohortis:
Treſq; polo ſtellas fulgidus enſis habet.
¶Sed ne noſtra ſuo ſit Clio carmine mendax: Petro & Pa. apo.
Reſq; ſit hic proprio iure ſecuta fidem.
O ceano vt ſurgens Aurora ter abſtulit vmbras:
Ter nitidum & Phœbus ſparſerit orbe iubar.
O fficio quorum caput vrbs nunc dicitur orbis:
Enſifer & pariter clauiger æde litant.
Q uodq; refert quoties lætum tenet aurea vultum:
Q uũq; eſt ſucceſſu,thure ve feſta dies.
T urres nocte micant, crepitant per cõpita flãmæ: Ignes in eorũ feſto
Et iuuat ardentes tranſiliiſſe focos.
A tq; vbi ſulfureis tonuerunt fulmina bombis
Aere cauo & colles ſubſiliere iugis.
C um tonitru igniuomi iaciuntur ab arce cometæ:
Auctaq; habent radios ſydera ſumma nouos.
P oſtulor & cauſam, taceam licet,omnibus illa eſt
Pene argumentis cognita vera ſuis.
N anq; patrum,et rerũ, ſunt hi duo lumina fratres:
Magnus vterq; ſenex , gratus vterq; deo.
A lter enim inſignis pietate, & honore ſacrorum:
Claueq; & immenſus relligione pater.
A lter & eloquio, quo non præſtantior vllus
Arte nec aonidum, militia ve fuit.

V tq; tuba hic primi ſic hic fundamina templi
Tutelamq; duces vrbis & orbis habent.
P laudite principibus ara eſt operata duobus:
Curiaq; à ſacris cum patre abire parat.
S igna dedit moles, properat data ſigna ſecutus
Candidus à Chionis nomine dictus equus.
C ernite vt auſpicijs it patrum ſeptus: & armis:
Seq; ſui vt noui muneris eſſe decus.
S cilicet acceptum imperium fert legibus aræ:
Noſtraq; quod fuerit ſicilis ora docet.
C æſar aue quando luce hac tibi cuncta quieſcunt:
Q uo minor es, ſummo redde tributa patri.
V ix ea, ſit tanquam domini mandata ſecutus:
Acris quum ille hinnit, venit & ante fores.
A nte fores hinnit, proceres ſalute, ſedentem
Aſpice cui dandus ſpectat vt ille ducem.
V ix ſtat, & optat iter, gemmiſq; auroq; coruſcus,
Q uali nupta ſuo eſt nocte vehenda viro.
P ompa ſilet vis eſt, ſoluuntur ſeria ludo:
Pontifici & populo teſte feruntur opes.
F inis erat plauſus, fratrum pars vna ſalutat:
Sanctaq; pars miſtis oſſibus oſſa colit.
D iuerſiſq; locis geminos venerantur, at ipſa
Bis quartam expoſcit carceris ara diem.
S it licet hæc igitur ſic lux communis vtriq;:
Q uæ venit enſiferi eſt numinis illa memor.
P ollicitus fueram cur illi pareat anguis
Dicere, pollicitum dux dea ſolue meum.
A ddeq; cur ars eſt, cur ſe cantator & anguis
Dum pugnat, iactat de ſenis eſſe domo.

Equus Chinea à vulgo dictus latur.

In diuerſis locis coluntur

E rgo quod ante ferox, quod triſti felle maderet,
Cærulus in ſuperos creditus anguis erat.
V ertitur igne poli, ceciderunt corpore ſquammæ:
Factus & immenſi pars erat vna chori.
M ouerat innumeras huius facundia gentes:
Te Mileta petit, tectaq; nota ſubit.
E xcipit hunc hoſpes (nomen longo excidit æuo)
Stabat hyems, tepidum conſtitit ante focum.
F orte faces petijt, facibus ſubſederat anguis:
Soluit onus, preſſit vipera dente manum.
S enſit vt hic vulnus, manibus cōprendit, & ictus
Hos in comprenſam protulit ore ſonos.
L ædere ne poſſis alios, mea nomina cantu
Obſtent: & dentis parua ſaliua mei.
S ignaq; quæ facio (crucis hæc nam ſigna fuerunt)
Expellat poto nigra venena mero.
H oſtibus interea quia parcere iure magiſtri
Cogor, viue inquit: continuitq; feram.
P aruit hæc dictis: cantus acceperat hoſpes:
Ars fit, & à magni eſt nomine dicta ſenis.
V tq; ferus diuo ſic iſti paruit anguis.
Arteq;, quam accepit, callidus inde valet.
H ocq; genus ducti depaſcunt dente Ceraſtas:
Vir fit, & angue potens, cognitus ante puer
F ortior eſt ætas, illius cantibus Aſpis
Rumpitur, illæſa ſuſcipiturq; manu.
D iui & more tenet, tractatq;, & lætus honore
Pugnaturus ait: de ſenis eſſe domo.
P erq; fora intortis pro torquibus anguibus vſus:
Carminibuſq; audax, exit in ora virum.

Angues & ars S. Pauli.

Cantatores & circulatores anguium.

Atq; ibi facundus circum ſtipante corona,
Afflatum cantat poſcat vt æra merum.
Quoq; fidem dictis faciat, ſublimis in haſta
Imminet è ſummo, quo canit, ipſe loco.
Iactãtia & pugna eorum. Clara patris Cilicum, quæ circũfertur, imago,
Septa venenoſis in latus omne feris.
Aemulus occurrit, fiunt certamina Circo:
Læuaq; dum certant Aſpide mamma tumet.
Degeneres vulgo perdunt inſignia teſte:
Ad Pauli laudes arguiturq; domus.
Ergo Nero in fratres fruſtra parat ipſe ſecurim:
Imperium claues, anguis, & enſis, habent.
Vacationes publicæ. Reſtat vt hic dicam rebus cur ocia fiunt:
Cauſa quidem in promptu eſt, ocia rebus agunt.
Aeſtus ſitq; licet, mores, vſuſq; priorum:
Curia ad hoc animum ſacra referre iubet.
À fore conſultus dimittit mane clientes:
Cumq; foro & cauſis iudicis ora ſilent.
Tu quoq; muſa ſile, menſem nam meta quadrigis
Tacta habet, & medium ſemita ſiſtit iter.

Explicit liber Sextus.

SACRORVM FASTORVM LIBER SEPTIMVS.



¶ *In hoc menſe Iulio, à C. Iulio Cæſare olim nominato, cum quintilis diceretur, nunc Chriſto, qui per ſimilitudinem floris non adhuc è ſuis foliis exeuntis, in ventre matris in viſitatione, quæ in ſecunda die menſis eſt. Iulus dici poteſt, ſacro: complexus Cæſaris & Romæ verus, verior verificatur in complexu virginis & Eliſabettæ in quo Chriſti & eccleſiæ romanæ coniunctio myſtice ſignificatur: ex qua ſicut ille primus fuit imperator, ita Chriſtus primus per illum demoſtratus eſt Imperator. Tutela olim Iouis, nunc Iacobi maioris apoſt.*

IAM *canimus menſem diuini nomen Iuli:*
Suſtulit vnde ſuum martia Roma caput.
P*ergite Pierides magnas celebrare calendas:*
Nempe minus vobis quam fuit ante viæ.
S*ex etenim ſuperant, totidem abſceſſere libelli:*
Noſtraq; dimidium cura laboris habet.
V*os quis ad iſta putet tam paruo à fonte venire?*
Tamq; per exiguas magna referre rotas?
E*rgo ſancte Pater, cuius virtute valemus,*
Hic quoq; propenſo numine mitis ades.

Præcipue ſed tu, menſem quia iungimus anno
Illius imperij quo duce frena regis.
Quod locus ipſe petit, venias pro Cæſare Cæſar:
Hic tibi nam titulos eius & acta canā.
Succeſſo res a. C. Iul.
Scilicet imperium primum formauit Iulus:
Nunc quod ab antiqua eſt nobilitate tuum.
Quæ damus hæc igitur placido cape munera vultu:
Illo quo victis hoſtibus ipſe redis.
Hic equus, hoc pilum, meus eſt hic enſis, & haſta,
Quæq; decent noſtras arma tenere manus.
Quare age tā vaſtū quia Cymba findimus æquor:
Hæc leuis vt ſit, quam ſollicitamus, aqua.
Dum canimus magni cur nomina menſis ab illo:
Quo ſacer & nunc eſt numine, vela rege.
Ventum erat ad flumen (ſic rerum fata ferebant,
Et multo fortis milite cinctus erat.
Quum ſic Cæſar ait: ſi ſum de ſtirpe deorum,
Sat mea ſit virtus diſſimulata mihi.
Eſſe parem nolo, maiorem ferre recuſo:
Sceptra mihi debent numina, ſceptra volo.
Dixerat: à dictis tremuiſſe exterrita tellus
Dicitur, atq; oriens occiduuſq; dies.
Monſtrū apparet C. Iulio Cæſari.
Fit mora, dira viri prope quum ſpectatur imago:
Claſſicaq; audierat, perficiamus ait.
Fertur ad imperium fortiſq;, animoq; virili:
Regnaq; adit princeps, inuidiamq; trahit.
Annua iura cadunt, patiuntur facta quirites:
Vrbeq; conſulibus ſumma fit illa dies.
Vix ſteterat ſolio coram ſublimis eburno:
Quum iam quantus erat, Cæſaris orbis erat.

Nam

N am modo ducebat Capitolia ad alta triumphos:
Et modo erat populis ſumpta per arma metus.
D enique iam effuſas terrarum rector habenas:
Ceperat, & victis iura petita dabat.
Q uũ mihi promiſſum fas ſit cognoſcere cœlum:
Dixit: & ætherias ſcandere mente domos.
S cilicet in multis hæc me quoque facta decebunt:
Officijs nec erunt inferiora meis.
A uxerat Egeriæ coniunx iam menſibus annum:
Auctus & errabat menſibus ille ſuis.
M eſſibus Autũnus calcabat ſordidus vuas:
Flauaque in Autũni tempore meſſis erat.
E rgo moras ſoli per quas in ſigna rediret:
Tradidit, apta ſuis tempora rebus erant.
Q uinque dies ſenique decem pariterque trecenti
Pars & Luciferi ſecula, quarta dabant.
A uctũ erat imperiũ iam gẽtibus, auctus et annus:
Curæ erat & Veſtæ pontificale caput.
Q uũ ſic (nanque duci lux venerat vltima tandem)
Caſta patri è templo eſt illa locuta Ioui.
Q uò Romana pater virtute potentia vires
Vlterius tollat, non habet ipſa locum.
C æſaris ecce dolo properat manus impia lethum:
Sydera ſpondebas, da pater illa meo.
I am memini dixti: cœlo tolletur Iulus:
Grandeque de toto corpore ſydus erit.
A nnuit omnipotens, minuebant fila ſorores:
Sæua per ſacrilegæ tela tulere manus.
I ura dabat populo, gladios in principe figunt:
Veſta virum rapuit, Cæſaris vmbra cadit.

Annus à C. I. Ceſare ordinatus.

Mors Cæſaris à coniuratis.

V

S ol fugit, obſcurum texerunt nubila cœlum:
Ille tamen nitidis æthera carpſit equis.
F unere lugebant, ludos induxerat hæres:
Deq; nouo dictum cœlite carmen erat.
Cometa Iulii C. qui nomen dat menſi.
Q uum, quotus hic menſis, totidē noua lucibus arſit
Stella polo, extincti numina faſſa ducis.
I ndigetem ergo vocant, dant thura et tēpla vocato
Aurea, de medio conſpicienda foro.
P ræterea rerum ne tot beneſacta perirent:
Hæc ſenior, patrum cætera turba ſilet.
I am data Maieſtas nobis, ſtatus auctus honorum,
Auctaq; non vno iura tuenda foro.
E ſt q; decus maius, maior reuerentia patrum:
Dignaq; ſunt dignis tradita dona viris.
N uminibus creuere ædes, muſiſq; theatra,
Muneraq; in populum crebraq;, et ampla manēt.
Q uis referat noſtris victos tot ab enſibus hoſtes?
Orbis es vnde tui maxima Roma caput?
H æc duce ſed tantum contingunt Cæſare nobis:
Re quo, & quo nullus nomine maior erat.
E rgo quod authores donauit Romulus anno,
Illorum vt veniens noſceret acta dies.
I ſteq; quod pariter digeſſit tempora, quodq;
Non minus in magnis annumerandus erat.
F iat id exemplum, ne nos ingrata vocemur
Poſteritas, factis inde ſequamur auos.
Q uod Venus eſt generis princeps Mars ſanguinis author,
Maius Primus is ad menſes, illa ſecunda fuit.
Iunius T ertia ſors ſenibus, iuuenum de nomine quarta:
Authorum poſt hos nominis nullus habet.

N e vacet, hic quando vidit natale potentis
Cæſaris, imperium qui quoq; primus habet:
Q uod tibi ſit fauſtum Cæſar, memorabile patri:
Q uintus Iuleo nomine menſis eat.
D ixerat, aſſenſit tota cum plebe ſenatus:
Voxq; rata Auguſto pro pietate fuit.
S pemq; tulit fieri de ſe quoq; nomen in anno:
A'q; ſua factum poſteritate legi.
A ſt vbi progenies noua cœlo venit ab alto:
Iuraq; dat virgo, bis genituſq; deus.
P riſcus vt è noſtro ritus diſcederet anno:
Suppoſuit menſes legibus ipſe ſuis.
I ulius imperium, imperiũ hic dedit ordine primus:
Fas erat, vt res hæc, illaq; imago foret.
N omen idem fert hic, ne fabula ſorte putetur:
(Condere me ſacro carmine vera decet.)
G raius enim florem vocat illum doctus Iulum,
De folijs nondum qui ſolet ire ſuis.
D icere ſi fas eſt grauidam dum viſit Eliſam,
Hoc deus in magnæ viſcere matris erat.
Q ui quoq; iam titulos vt menſis vendicet huius:
Reddat & hunc ſacrum, poſſideatq; ſuum.
M atris et annoſæ, quam amplexa eſt mater, Eliſæ
Aſpiciet iunctas luce ſequente manus.
A ptaq; erunt ſanctis pro vero facta diebus:
Conſilijſq; eadem non aliena meis.
Q uæ noua ſint quãuis, pietas ſeruabit in annos
Et data laudabit munera noſtra fides.
E rgo tibi hinc Cæſar, quo regnes, vera requiras:
Iſte tibi verus Iulius iſte fuit.

Chriſtus primus Imper.

Chriſtus Iulus dictus per ſimilitudinem.

Impera. à Chriſto habet imperiũ.

I ſte dat imperium, triplicem dat & iſte coronam:
Pontificis nam huius traditur illa manu.
¶ Altera lux oritur, probat & mea dicta, profani
Sint procul: aut verum hoc confiteantur opus.
Viſitatio Eliſab. S alicet vt viſat, pia cras tua tecta ſubibit,
Virgo, ſuam & dextram iunget Eliſa tuæ.
V na igitur celebrate duas ſub luce parentes:
Quarum fœcundus pignora venter habet,
Q uo magis vt fiat, dicam quo nomine lux eſt:
Vos & præcepi hac cur dare thura die.
H auſerat afflatos cœleſtis Ieſſias ignes:
Viſcereq; in matris conditor orbis erat.
Q uum ſic illa ſeni grauis eſt mea dixit Eliſa:
Gratuler vt grauidæ carpere cogor iter.
S ic vt erat prudens, et rerum conſcius (vt vis)
Illuc, ille: licet: iam properemus ait.
I uncta ſeni incedit, ſic cœlo Aurora relicto,
Tithono interdum crederis ire tuo.
C andida purpureos velabat vitta capillos:
Lapſaq; ad extremos inſtita longa pedes.
C aſtaq; qua tulerat paſſim veſtigia ſecum:
Tacta ſub innumero flore nitebat humus.
S axaq; cedebãt, ſiſtebant flumina curſum:
Paxq; feris aderat, ſoleq; blanda dies.
Q uam cito longarum, di, tractus illa viarum
Tranſit, Iudæam dum loquor ecce tenet.
V enerat ad limen, clara quum in luce refulſit:
In nitida qualis Cynthia nocte ſolet.
V idit vt hanc igitur tremulo officioſa lacerto,
Pronaq;, ad aſtantem ſedula currit anus

Atqȝ ait, huc qua te virgo ò ſelecta puellis
Intulit? amplexus oſculaqȝ inde dedit.
Biſqȝ manus coeunt: ſunt hoc & more locutæ:
Qui ſolet in media matribus eſſe via.
Proleqȝ iunctarum tremuerunt viſcera matrum.
Quodqȝ egere duæ, fecit vterqȝ puer.
Interea gratatur anus, cœliqȝ parentem
Excipit, & blando blanda fit vſa ſono.

Cãticum Virginis

Sederat & poſito virgo requierat amictu:
Cum ſene, complexæ deſieratqȝ loqui.
Quũ ſubito alma parens liquidũ capit æthera mente
Atqȝ canit magno carmina plena deo.
Carmina quæ immites potuiſſent vincere Tigres:
Aſperaqȝ ætherijs ducere ſaxa modis.
Placant quæqȝ deum ſub ſera crepuſcula templis:
Iuſſa choro pueris virginibuſqȝ cani.
Quæqȝ hominum vitam per mille pericula ſeruant:
Atqȝ vmbras abigunt, tartareumqȝ chaos.
Finis erat cantus, referebant multa propinquæ:
Nec minus hic pariter multa rogata dabant.
Treſqȝ ferè menſes illam videre morantem:
Ad proprios referunt tempora quarta lares.
Ergo quod hæ viſunt ſeſe, de munere facti:
Accepit præſens nomina feſta dies.
Mutua quodqȝ graues ſumpſerunt oſcula matres:
Thure graues grauidas ad ſua feſta colunt.

Grauidarũ feriæ
Piſtorũ ĩtaculariorũ ſacrum.

¶ Hac quoqȝ tunc piſtor pueris ientacula luce
Præbet, & has ornat, certaqȝ ſacra facit.
Cum quia venturis cibus eſt hic matribus aptus?
Ne tener in cunis vagiat ore puer?

An quia complexæ ſeſe tenuere lacertis?
Quæ ſua tentaclis cognita forma manet?
Prima licet poſſit melior iam cauſa videri:
Plebs erit hæc vero iuncta ſecunda tuo.
¶ Tẽpus idem ad fœdus pater hic cũ Cæſare poſcit:
Parthe time infelix hinc tibi vulnus erit,
Scilicet amplexus ſanctæ iunxere parentes:
Non minus hi iungent in tua dãna manus.
Palladis è templo ducebat bella vetuſtas:
Haſtaq; Bellonæ miſſilis arma dabat.
Ducimus hæc & nos de caſtæ virginis ara:
Quæ ſupereſt templo victa Minerua tuo.
Haſta preces ſed ſunt, cineres vultuſq; deorum:
Miſſaq; pro telis hoſtia vera ſuis.
Venerat huc igitur tyria cum veſte ſacerdos:
Hos ibi ſacrifico quum canit ore ſonos.
Alma parens almæ ſpes optima nate parentis:
Voſq; pij fratres rebus adeſte patrum.
Hoſtis vt in noſtros ſi forte tetenderit arcum:
Effractum veſtra ſentiat eſſe manu.
Atq; pharetratis valeat plus hoſtibus enſis:
Truxq; ſit æthheria claue ſagitta minor.
Sit nec aquis tutus nec campis, monte nec vllo:
Auerſuſq; illi triſte ſit omen equus.
Hæc ille, & pariter matreſq;, viriq;, nuruſq;,
Et populus tota cum quoq; plebe rogant.
Dixerat & ſacri vix vltima verba ſacerdos:
Ante patrem, & cœtus verſus ad ora ſui.
(Res mira) à dictis tremuit quum protinus ara:
Spemq;, dedit vinci triſtia bella prece.

Preces ob Fœdus.

Oratio ſacerdotis i miſſa.

Plebs aberat templo, ſacrumq; peregerat ignis:
Occiduum oceanum contigeratq; dies.
¶ Alteraq; in roſeis Aurora redibat habenis:
Et color effuſo lumine rebus erat.
Quum populo mater firmaret vt omnia virgo
Dicitur: è media mane locuta via.

Maria in via locuta.

Ex adytoq; fuit vox hæc: non fundere ceſſo
Pro populo nato nocte dieq; preces.
Vix ea quũ ſupplex procumbit Roma locutæ:
Venit & ad templi multa tabella fores.
Ergo quid inſanis? ponas iniuſta monemus
Tela dabis pœnas, verſaq; terga cadent.
Numina pro nobis ſi ſunt, quid frendis in illa?
A' quibus euictus tu tua damna gemes?
Nam pater & Cæſar, diſtent vt corpore, poſſunt
In te tam longas continuare manus.
Interea quia tu non mortem quæris in hoſte
Sed magis vt viuat, teq; tuumq; colat.
Virgo hos, qua polles, putei tua molliat vnda:
Reddat vt amiſſas hinc ſibi paſtor oues.
¶ Poſtera languentes vbi ſole reliquerit herbas:
Graminaq; à radijs vſta videbit humus.

Perſeus in crepuſculo incipit oriri.

Fallitur hic cœlo qui Perſea ſurgere credit:
Dauidem at hic ſi vult credere certus erit.
Mentior eſectum pro Gorgone cerne Goliam:
Atq; tibi iam me dicere vera putes.
Sume lyram Clio mecum, cantemus vt illum:
Gorgoneas primus qui tibi fecit aquas.
Dura Philiſtei cum Saulo bella gerebant:
Dauidis, hæc, fratres qui ſequerentur, erant.

I llos penè puer quò viſat, caſtra petiuit,
Strenuus in funda, conſpicuuſq; pedo.
V enerat, immani ſpectauit mole gigantem:
Conſtitit, implebat proxima quæq; minis.
G rande caput, magna ſurgebant lumina fronte,
Inq; coma pennis ardua caſſis erat.
S ic vt erat ſæuus vocat in certamina quemq;,
Tela date, ipſe hoſtis hic ait vltor: ero.
S pondet opem regi, iuuenes riſere loquentem:
Surgit ab his, & rex experiamur ait.
C ingitur hic ferro, curuo ceu Perſeus enſe
Dant galeæ pennas, geſſerat ille datas.
H actenus: & fortis nitidis circumdatus armis:
Exue me ille inquit, non mea tela gero.
D ixit, & inſonuit baleari verbera funda,
Et veniat, ſi quis me cupit hoſtis, ait.
A udit vt iſta gigas, vaſto ſe corpore tollit:
Ille manu è riuo leuia ſaxa capit,
A rea fit pugnæ, vacuum dant gramina campum:
Parteq; conſtabant, quum ferus ille refert,
P one puer baculum, non ſum canis, aſpice frontem
Sum nec auis, fundam proÿce ſtulte tuam.
R iſit dicta viri, cunctiſq; potentior armis
Hac ait: ad noſtros præda ferere deos.
A udit vt ille minas, vagina liberat enſem:
Iſte capit lapidem, ſtantq;, tenentq;, locum.
S igna canunt: ſigno hic accenſus torquet habenas:
Plagaq;, quam oſtendit, ſaxea fronte ſonat.
P langit humum, magno proſtratum corpore, monſtrum:
Dantq; alÿ celeri turpia terga fugæ.

Perſeus in figura Dauid.

In ſilit

nſilit ergo hoſti, et proprio puer Hercule maior
Protinus anguineum ſuſtulit enſe caput.
Non aliter volucri pede quàm quũ Gorgona truncat
Perſeus, & pennas ſanguine cepit equus.
acta deus vidit, quæ Perſeus ante tenebat,
Sydera victori quinq; decemq; dedit.
Luce ſequente ſuo quum ſeſe reddit ab orbe
Phœbus, & heſperijs frena reſoluit equis.
ydere qui magnos terris effecerat æſtus:
Incipit abſcondi, ſubtrahiturq; leo. Leo heliacæ oc.
Tunc quoq; præteritũ ſi quid lux prima reliquit:
Inſtaurãt fratrum feſta ſecunda preces.
umina tangit honor, feſtis lætantur & aris:
Turbaq; ſunt proprijs ambitioſa focis.
heſtias & maior non impius eſſet Atrides Octaue Petri & Pauli.
Eſſet neglectos ni dea queſta focos.
e deſerta igitur magno ſolẽnia conſtent:
Vlciſci ingratas nam ſolet ara manus.
ppoſito octauis reuocari hæc orbibus igne,
Fas vt erat, noſtri conſtituere patres.
Bis vaga noctiferis vbi ſydera Cynthia bigis
Duxerit, & fratris pulſa bis ibit equis.
empora translato capient te nomina Thoma: Traſla. Thomæ
Atq; tuo celebrat curia thure diem.
unc etiam à Priſcis morem deduximus aris:
Deductus ſacros nunc habet vnde dies.
anq; Erycina Venus, collinæ proxima portæ,
Carmine translata eſt caſta Sybilla tuo.
laudius author erat, pater eſt tibi Didime, debes
Huic, illi quantum debuit ante Venus.

Præſepe occidit veſpere.

Quod modo cælatum ſtellis præſepe nitebat,
Summa quod ex humili venit in aſtra caſa,
Tertia quum terris venere crepuſcula lucis:
Occiduas prono ſydere tanget aquas.

Aſinus ſeptentr. orit. matutino.

¶ Caſus ineſt rebus, vacat vna, vocabit Aſellum
Altera, præſepi ſubijcietq; ſuo.
Tempus erat, gelido quo canet bruma Decembri:
Atq; iacens poſita ſub niue terra latet.
Coniugis in patriam, ſtabant cui tempora partus,
Carpere quum virgo lege iubetur iter.
Vt venere, vident populo ſacra mœnia plena:
Vixq; erat hic turbis, hoſpitibuſq;, locus.
Quæ fuerant caſu prope mœnia facta, vetuſtum
Ad ſaxum, exeſo præcipitata iugo.
Stramine tecta intrant loca, ſed ſqualentia fumo:
Ad præſepe boui iunctus aſellus adit.
Nox erat, et ſummum peragebant ſydera curſum:
Surgit humo virgo (nanq; iacebat humi)
Crede ſequens ætas, lux fit, vocat illa maritum:
Inter quadrupedes conditor ortus erat.
Ponitur in fœno puer ad præſepia nudus:
Quoq; ignis pellat frigora, nullus erat.
Vidit, & authori (mirum) procumbit aſellus:
Fit vapor, in facto membra vapore calent.
Approbat omnipotens, mox aſtra ſubiuit aſellus:
Binaq; pro grato ſigna vapore tulit.
¶ Tūc quoq; ſe terris quū prima crepuſcula fundēt:
Penéq; ſub radijs tacta tepebit aqua.

Lupus inci. oc.

Incipiet lupus aſtrigero decedere cœlo:
Et ſenſim latebras quærere nocte ſuas.

[Tertia lux venit, ſpatio ſeiungitur æſtas: Dimidiũ æſtatis.
In medio & curſu temporis illa manet.
Q uiq; aderat dudum maturis flauus ariſtis
Detonſus ſectis meſſibus albet ager.
Q uaq; hærent gemini communi ſorte manipli. Compo- nũtur ma ni. arcel las vocãt
It trabea & ruris cum boue vectat opes.
nq; arcis ſpeciem congeſtas tollit ariſtas
Area, quadriiugas exhibitura rotas.
[Admirare tamen quod fortius æſtuat aer:
Cumq; ſuo agricola terra quod vſta ſitit. Sol ĩ leo.
) eſerunt Phœbus torrenti ſydere Cancrum:
Igneus & fului terga leonis adit.
rgo puer Daniel (res hæc nam ſydere digna)
V enit vt ad perſas, cognitus arte fuit.
ic vt erat placuit, ſed regis ſpreuerat aras:
Hac & parte grauis, cætera gratus erat.
erſtat: et in templo, quod rex non ipſe putabat:
Sacra ſacerdotum repperit eſſe nefas.
nuidiam ſubijt, pro vero repperit iram:
A' duce deſeritur, captus ab hoſte gemit.
ucitur inuito miſer in noua funera rege: Daniel in ſpelũ. leonum.
Q ua ſpelunca feri multa leonis erat.
uid facitis? caſtos ſeruant ſua numina vates:
In caput hæc veſtrum (credite) pœna cadet.
enerat hic, quum ſic vitam non poſcimus inquit:
Sed magis vt liceat pauca rogare deum.
rriſere virum, cœlumq; deumq; rogantem:
Saxa ſed hæ poterant dura mouere preces.
udiuiſſe ferunt, poſita feritate, leones:
V oceq; demulſos ante ſtetiſſe fores.

F aucibus & dudum, verſus dulcedine capti,
Perdere quem cupiunt, abſtinuere viro.
N am vix illorum proiectus in ora cadebat:
Factaq; terribiles mouerat aura iubas.
(M ira fides) ex his quum ſurgit protinus vnus:
Tergum coniecto ſuppoſuitq; viro.
H oc ſuper vt ſedit, ne ſtantes lædere poſſent,
Reddidit attonitas voceq;, & arte, feras.
M ox, ſua vectori deſint ne præmia, ſoſpes
Ille redit, meritis venit in aſtra leo.

Diuiſio Apoſto. per ſex orbis partes.

¶ Lucifer extremas vbi luce ſubiuerit idus:
Et celer eoas liquerit altus aquas.
V ox ſacra ad occaſum fratrum deſcendet ab ortu:
Et fiet faſtis maxima fama meis.
A ſpiciet toto nam, ſenis partibus, orbe,
Tradita bis ſenos reddere iura duces.
D ictus enim deus eſt, cum collegiſſet in vnum,
Fratribus hæc placido verba tuliſſe ſono.
Q ua patet, vt noſtris ſe ſubdat legibus orbis,
Ad ſacra qui trino numine victus erat:
C um mihi tot ſitis, quot menſes continet annus:
Atq; putent orbem partibus eſſe tribus:
T res tribus his addo, formetur vt vſibus aræ:
Et capiat lectos ordine quæq; duos.
D ixerat, & ſummis vectus conſederat aſtris:
Biſq; illi ternas corripuere vias.
N on ſecus elata libyci quam fronte leones:
Pectore verum agni, perſimileſq; dei.
I nterea hos Boreas laudat, miratur & Auſter:
Q uaq; habitat Zephyrus, qua domus Eure tua.

Debita diuinis creſcebat gloria rebus
 Luſtra duo atq; annis aucta duobus erant.
Quum ſonus illorum terras exiuit in omnes:
 Traditus & Pauli vocibus orbis erat.
Et demum effuſo pepererunt ſanguine regnum:
 Quod vis nulla teret, nec teret vlla dies.
¶ Et tunc ſe roſeo tollet quum lumine cœlo
 Tithoni coniunx attuleritq; diem.
Sydereo fluuius late fluet æthere curſu:
 Noſtraq; quod lauit crimina munus habet.
¶ Aeſtus ſole furit, deſignat Sirius ortum:
 Apta bis huic illum tempora quarta dabunt.
¶ Quum bis Iuleas Aurora reliquerit idus:
 Biſq; ligat Titan, biſq; reſoluit equos,
Ad ſacra Romanus reſerabit Alexius aulam:
 Qua ſtat auentino ſemita longa iugo.
Atq; huius, tanquam fuerit vetus ordinis hæres,
 Quæ det mane ſacris, dona ſenator, habet.
¶ Luce quoq; hac fama eſt turbam illuc ire Statorum:
 Atq; ſibi titulos qui ſpeculantis habent.
An quod Auentini perſtabat Cacus in antro?
 Et populo ſunt hi forte quod ille fuit?
An quia vox graia & ſine voce vocatur Alexis?
 Hocq;, ſuo inſidias qui ſtruit ore, facit?
Iudicio fallor niſi rerum hic forte mearum:
 Poſtrema è cauſis vera duabus erit.
Thure dato, interea ſancto & cratere, ſenator
 Treſq; vna redeunt in ſua tecta viri.
Hi tamen in templi diſponunt pocula tectis:
 Iurataq; ſedent in mala noſtra manus.

Iordanis totus exoritur.

Procyus æſtus auget.

Alexio confeſſ.

Statorũ feriæ, & epulũ in æra.

Dona ferunt, ex his ne quis tua terga ſequatur
Q uiſquis amas facinus, reſpice tutus eris.
N on intellecto fallax capieris ab hoſte:
Nomine tutelam numinis vnde ferunt.
V oce carent, & ſunt & vultu, et lumine blandi
Tunc quoq; quum credas nolle nocere, nocent.
S uppliciter poſitam ſcalam veneramur ad aram
Spargimur, et putei membra iuuantis aqua.
I pſe ſub hac obijt ſanctum & ducebat ad ædes:
Illaq; ab hoc pota eſt oſſaq; ſancta lauat.

Mariæ in porticu quæ ĩ gẽma eſt

¶ Excipit enſiferum redeuntem è colle ſenatum
Porticus, in gemma qua colit ara deam.
G alla tuas ædes ſic rex ſubit ante ſacrorum.
Q uum tibi cœleſti fulſit imago face.

Anniuerſaria canis orit.

¶ Tempus idem tacitis parat annua mane ſepultis
Iuſta, parentali ſi qua relicta die.

Auſtri flant.

¶ Nauta caue mittit cras auſtros Aeolus antris:
Prœliaq; admiſcent, exoriturq; canis.

Mragaritæ.

¶ Tertius vt tulerit formoſus lucifer ortum.
Soleq; purpureo tacta rubebit humus.
M argaris eſt grais, eſt vnio dicta latinis:
Q uæ tulit hinc virgo nomina, ſacra facit.
S ed prece vos diuam grauidæ placate puellæ:
Ante Iſis, voto hæc nunc parientis adeſt.
Q uodq; olim vobis poterat Lucina, procurat
Maturum ſoſpes mater vt edat onus.
S orbuerat ſerpens, pariterq; remiſerat illam:
Libera quum ſupplex bos, ait, ore ſonos
R eddita ab ore anguis quia ſum mihi viſa renaſci:
Da deus hoc votis indubitate meis.

V t quamcunq; latens partu tardauerit infans:
In dubium & vitæ venerit inde ſuæ.
M e ſibi placata, non te Lucina, ſoluta
Sit mihi cum partu muneris illa mei.
F inierat, cœlo vox eſt quum reddita, fiet.
Vnde ſuum grauidis candida numen habet.
Q uodq; pudicitiam vouit, primoſq; hymenæos
Pura deo, caſtas non minus illa facit.
N ominis & gemma eſt iſtius grata puellis:
Vtilis & ſi quis ſanguine parte fluat.
T Aurea ſed cœlo iam tollit lucifer ora:
Iungit & eoos ad iuga Phœbus equos, — Canicula oritur dies caniculares.
Q ui modo tentabat ſitibundus Sirius ortum,
Igneus in ſpatio liberiore furit.
D eq; ſuo ardentes ſignabit nomine luces:
Terraq; languebit, præueniente cane.
Q uiq; modo æolij miſcebant æthera venti:
Flaminibus poſitus prælia nulla gerent.
R oſcida formoſis delectant frondibus antra:
Additaq; ad gelidi pocula fontis aquam.
ed quoniam cauſam nunc poſcor ſyderis huius:
Cum duo ſint, paruus det mihi vela canis.
rgo, toro longis gemeret cum victus ab annis
Neptalides, nato præcipit iſta ſuo. — Canis Tobiæ.
ſt vir, eum indigenæ dixerunt nate Gabelum,
Bis loculis debet quinq; talenta meis.
i patriam quæris, medus, ſi mœnia Rangi:
Debita quò reddat, conueniendus erit.
D ixerat hic nato, natus quum deinde parenti
Ibo ait, ignoro ſed tamen ipſe viam.

Quære ducem dixit, quærebat, repperit ille
Inſcius aligerum, ſubſequiturq; ducem. — *Angelus eiuſdem.*
Vt ſolet à tergo canis hos comitatur euntes,
Erigones qualis, Icarijq; fuit.
Vnus iamq; aberat fortaſſis menſis & alter:
Fitq; parens longa triſtis vterq; mora,
Conſtiterant lento de nato uerba ſerentes:
Illius ante fores quum uenit ecce canis.
Admirantur, adeſt dicebant: ſedulus ille
Blandus erat cauda, blandus & aure, ſuis.
Conſpiciunt natum, læti exiliere uidentes:
Dantq; illi faciles, accipiuntq; manum.
Omnibus expoſitis, uolucris puer iuit in auras:
Deq; choro ſuperum cognitus unus erat.
Senſit abiſſe canis genium: latratq; furitq;,
Ireq; iam cœlo, quò uolat ille, cupit.
Tunc ait, alipotens eſt quod comitatus euntem,
Da deus hinc longæ præmia digna uiæ,
Vt modo qui terris cuſtos fuit ille fidelis,
Sit uigil in cœlo, permaneatq; tuo.
Annuit omnipotens, cœlum celer ille ſubiuit:
Syderibus pictus promicuitq; tribus.
Procyon Siccaq; magnanimo coniunxit roſtra leoni:
Quodq; præit paruus nomina graia tulit.
Canicula fortius ardet. ¶ Aſt ubi iam tulerit radiorum Cynthius orbē:
Fortius ardebit quàm ferus arſit heri.
Oris enim candet pars igne ſiniſtra leonis:
Cumq; ſuo exurit, ſole nocente, cane.
Mariæ Magda. ¶ Hac quoq; luce adſit, quæ tela Cupidinis odit:
Dum Magdalenæ thus cremat ara focis.

Diſtuler in

D iſtuleram verſas Quintili huc menſe puellas: — quæ audit Chriſtum.
Det, cui iam Venus eſt multa profeſſa, preces.
V nde ſed exemplum noſtros hoc venit in annos,
Illis quid ue dedit nomina verſa, canam.
O ſa pudicitiam, atq; inboneſto prodiga cultu,
Publicæ erat veneris criminis illa rea.
Quũ pia ſtirpe ducũ germanæ ortæ obuia Martha
Dicitur hæc placido verba tuliſſe ſono.
E quis erit finis morum germana tuorum?
Tempus enim vitæ iam melioris adeſt.
R edde deo mentem, tibi quam tuus abſtulit error:
Teq; illi eripias, criminibuſq; leues.
cis mea cœleſtem prognatum virgine partum:
Ille ſoror noſtri ſanguinis ille deus:
re feras traheret, da ſaxa mouebit amore:
Voce tenet ventos, carmine ſiſtit aquas.
one leues cultus, quid tinctæ murice veſtes?
Coa quid, & digitis aurea gemma tuis?
ſt animi facies, illam ſoror inſtrue legẽ:
Cætera pro vili, pro nihiloq;, putes.
ixit, odoratos erat vt perfuſa capillos,
Inq; peregrino tota colore color.
rotinus admonitis pictos detraxit amictus:
Sint licet ante deum qui tamen acta putent.
enerat, aſſiſtit, perſtatq;, auditq;, loquentem: Conuerſio & prædicatiõe.
Atq; illo, ogygio mœnas vt acta; furit.
on ſecus ac viſo quum fulgure, voceq; tactus,
Enſifer in lapſo mente rediuit equo.
niq; iam forma, iam dulci carmine capta,
Stabat, ad æternos quum cadit illa pedes.

H oſq; amplexa gemit: lachrymiſq; tenerrima lauit:
Præſenteſq; vnxit: continuitq; manu.
V ertitur: exemplum facti cepere puellæ:
Verſaq; quod fuerat, nomina verſa tenent.
F orte pudicitia proauorum lapſa iacebat:
Templa dari Veneri caſta Sybilla iubet.

Verticordiæ Veneris feſtum huc translatū

I uſſa peregerunt, animi recipere pudici:
Et Venus à verſo nomina corde tulit.
S unt quibus hinc placeat deduci nomen & aram:
Iudicio prima eſt cauſa ſed illa meo.
V nde tamen ritus, cur claudant tecta puellas,
Non erit hæc vero pars reticenda ſuo.
A nte deum dudum felix quæ verſa monendo eſt:
Quæq; pedes vnxit, pixis vt ipſa docet.
F acta chori magni cum pars foret vna magiſtri:
Illeq; promiſſa ſponte periret ope.
L uce, procul ſocijs: plebem formabat ad aras:
Stabat in abruptis condita nocte iugis.
N uda niuis patiens, & lunæ, tecta capillo,
Qualis adhuc multis cernitur illa locis.
V iſa dari lex eſt, ſubeunt loca ſola puellæ:
Proq; ſacris antris limina clauſa tenent.
I llaq; quod fecit, ſacra nudantur in æde:
Ne ſimiles diuæ ſint, ſecat ara comam.
C ætera conueniunt, ſublimis nectar adhibat:
Nectar idem ſunt his liba, merumq;, dei.
P ectora formabat, ſuadebat pauperis vſum:
Ante ſacros faciunt hæc quoq; mane patres.

Confeſſ. Magdal. quæ in deſer. vixit

S æpe ſcelus faſſa eſt, leges cepere fatendi:
Vnde ſibi vulgo facta libellus habet.

Nuda ſubit plagas, plectendo terga, flagellum
  Repperit, hinc ſi quam pœnitet eſſe malam.
Hoc ſi Paſiphae faciat non improba furto
  Abiegni quærat turpia facta bouis.
Nec natos Medea ſuos, fratrem ue trucidat:
  Neritium Circe nec vetet ire ducem.
Myrrha patrī abſtineat, lædat nec Scylla parentem:
  Nec det pube ſuos altera Scylla canes.
Cætera ne dicam, longum eſt narrare, docebit
  Ante fores cæcus, ſi ſtipis æra dabis.
¶ Pompa ſed ecce venit, præmittit Lucia munus:
  Eſtq; memor ſocij numinis ipſa ſui.
Iura pudicitiæ ſed quando tradita ſeruas
  Perge, nec iliadas deſere diua nurus.
¶ Gramina ſi pallent, hominum ſi corpora languent,
  Cras canis hæc æſtus crimina ſiccus habet.
¶ Qui ſequitur multo maiori accenditur igne:
  Ardet & accenſus, difficiliſq;, dies.
¶ Proxima Laomedon tua quum nurus aurea ſurget,
  Nec poterit cani tedia ferre viri.
Thura peregrino ponent altaria diuo:
  Finiet & longum mane viator iter.
Atq; ſacra ſupplex totuſq; in imagine ſtabit
  Suſpiciens templum magne Iacobe tuum.
Indeq; quo poſſit longarum facta viarum
  Vera loqui, ſigno picta tabella datur.
Neue illi deſint propriæ commercia linguæ,
  Sunt ibi qui poſcant, qui referantq;, ſonos.
Interea, cum ſis ſacer imis incola terris,
  Tamq; peregrina thure colendus humo,

Munus à ſocietate Conſulo.

Vehementi æſtus Iacobo ap.

M ortuus, aut viuus, cur illuc quiſq; venire
Cogitur, & vulgus res mouet iſta, doce:
H æc ego, quum pueo, peraq;, accinctus & haſta,
(Ire putes) oculos conſtuit ante meos.
E t prior ò dixit, faſtorum cura nouorum:
Accipe iam monitu quod petis ipſe meo.
E ſt locus extremæ nomen Callæcia terræ:
Q uem teneo, titulus traditur vnde mihi.
M ortuus in pelagus demiſſus deferor illuc:
Rexq; mihi templum tradidit, vxor opes.
Q uodq; tegor ſciſſo ſine vi (mirabile) ſaxo:
Fama volat, multa viſor in æde prece.
P erq; huc diuerſas venerunt munera terras:
Fit via, ad huc multus meq; victor adit.
M ortuus aut viuus, ſic plebs putat, ibit ad aram:
De ſocijs quoniam ſydera primus adi.
A tq; poli tanquam cuſtos ego limina ſeruem:
Per me aditum vt poſſint huc ſibi habere, rogant.
F inierat, capiunt cur cultum pauperis inquam:
Et non ſanandis ſunt data tecta tuis.
P auperis iſta inquit videantur tela licebit:
Fortia ſanctorum ſunt ea iure patrum.
H aſta Iacobe tua eſt cento Adæ, Barba Ioſephi,
Iobi erit & ſqualor, cætera noſtra putes.
H is igitur tutos per mille pericula reddo:
Magnaq; ſunt ex his, miraq; geſta meis.
D e quibus vt taceam, ſatis eſt pro pluribus vnus:
In cruce qui vixit, cui mea perſtat auis.
V t ſint incolumes, hæc ſunt mea tela, nec haſta,
Triſtia nec pileus, nec mea pera, timet.

Iacobus aut in vita aut in morte viſitur.

t quoniam, culpas confeſſi & nectare poti
(Vnde peregrinis mutua cura meis.)
æpe viæ paſſi tam longa incommoda languent:
Perq; loca intereunt, ægra ue membra trahunt.
oma peregrinos ne mendicare videret: Incurabiles i æde Iacobi.
Præcipue ars vana quos bona mulcet ope:
ſt vt ſancta, locum miſeros deduxit in vnum:
Vulnere ſynceros ne trahat ira mali.
uodq; mihi in patria ſunt hoſpita tecta, toroſq;
Tot teneo his luces quot celer annus habet.
ure dat hæc patrio, non reſtituenda labore
Membra machaonio nunc alit ipſa quibus.
ixerat: ad circum, cui nomen Agonius, ara eſt:
Eſt & ab Hiſpanis hic ea dicta ſuis.
unus ab Alfonſo eſt dixit, Paradinius author:
Quæ tamen eſt ægris plus ſibi iuris habet.
actenus eſt ſed eques tibi, dixi: araq; ſedentem
In longa vidi conſpicuumq; toga.
artia reſpondit nobis ius tradit equeſtre Equites S. Iacobi togati.
Roma, quod ante tulit, noſtraq; facta toga eſt.
ectore puniceo quæſo cur teſſara geſta eſt?
Illa inquit, crux eſt, pro cruce bella gerit.
ax quoq; de partu ſoluit tua picta puellas:
Hoc ait, è partu ſalua puella canat.
ixit, & accepto baculo, paruaq; lagæna,
Deſeruit vultum protinus ille meum.
Hac & luce pepo ſub odoro cortice nectar Pepones boni.
Apponit menſæ, conſpiciturq; foro.
Rumor erat parta magno de Cæſare pace, Pauli. p. m. triuphus.
Flaminia ad patriæ templa redire patrem.

A urea tollebat pro re faſtigia porta:
Et via erat ſpatio reddita tota ſuo.
C ultior & pompam expectabat Cæſaris arcus:
Inferior multo ſed tamen illa fuit.
H inc atq; inde aderat ſtudio pia Roma videndi:
Atq; moræ impatiens dum cupit ora ducis.
V ox erat ecce venit: ſpectant, gaudentq;, videndo
Et populi vultus traxerat ille ſui.
I n ſolio pictus quum vtroq; adeunte ſenatu,
It capitolinum vectus in ora iugum.
C urritur, argentum felix ſpargebat & aurum:
Q uaq; ibat, feſtus per loca plauſus erat.
C andida numen equo niueo ſuper hoſtia noſtrum
Præcedebat, ab hac tradita ſigna dabat.
P arcite Cæſaribus veteres donare triumphos:
Non fuit hac noſtra lætior vrbe dies.
Chriſtophoro. ¶ Q uàm bene et ipſe Gigas Atlante potẽtior ipſo
Tunc quoq; fert humeris, nomina cuius habet.
H oc eſt aſtra ſequi, non vt ferat oſſan Olympus:
Aut tentare ſua trudere ab arce Iouem.
C orpore Aloidas vicit, pietate gigantes:
Q uem quia portauit credidit eſſe deum.
M ens erat aut nulli, aut ſummo parere, potentem
Regem adit, infernum rex timet ille Iouem.
C ogitat infernum, cœli pia ſigna timebat:
Cede ait, & noſtrum quærit in orbe deum.
C onſtitit ad ripam (nam ſic præceperat illi
Vir ſacer ad cuius venerat ille caſam)
Q uum ſic vaſtus ait, fuerat mens tartara adire.
Liminaq; herculea frangere cæca manu.

A bſtrahis, & verum mihi demũ oſtendere regẽ
Pollicitus, qui ſit protinus ergo doce.
Dixerat, & rigida defixit lumina fronte
In ſanctum, & faciem, qua Polyphemus erat.
Ille ſupercilium admiratus & ora loquentis
Accipe ait: cernes qua ratione ducem.
Iram pone prius, faſtum, atq; immania corda,
Atq; doma hæc longa corpora vaſta fame.
Inde preces fundas humilis pallenſq;, miſerq;,
Hactenus, inſurgens quum ferus ille refert.
Heus, tibi ſi ſint hæc, mihi quæ ſunt corpora, poſſes?
Præcipis hãc quam nunc tu tolerare famem?
Aſpice qui venter, ſint qualia pectora: quare
Hanc melius pro me (nam potes) ipſe feras.
Præterea non ſum puer vt prece laſſus ad aram,
Sic poſitis genibus, tempora longa teram.
Brachia iam cernis quercus conformia ramis,
Qualia per Aegæon in Iouis aſtra tulit.
Hæc, humeri, et quicquid ſetoſa hæc crura valebunt:
Promitto, ſtudijs cætera quære tuis.
Tunc ille amne iſto fortis peritura receptes
Corpora (nam hæc tumidis ſæpe trahebat aquis)
Fiet ait: rigidos nudat quum veſte lacertos,
Cruraq;, & irato corpora ab amne vehit.

Perſua. pœnitentiæ.

Motus erat deus hoc, pueri ſub imagine venit:
Ille iacet, ripas fluminis ante vocat.
Ter caput attollit, ter forte relanguit illi:
Nox erat, hic rurſus clamat & ille venit.
Aſpicit aſtantem miratur nocte vagari
Subijcit inde humeros, hunc tenet aure puer,

Chriſtus puer fertur.

P ondus erat, maius quo iam non ſenſerat vllum
Nititur in conto, pertica contus erat.
S udor erat preſſo, corpus creſcebat in vnda:
Atq; onus & pondus, miraq; facta putat.
R eſpicit & puerum: penè & ſuccumbit eundo:
M iraq; res viſa eſt, curuus & inde gemit.
N e mirere puer tunc inquit, vertice tollis
Flumina cui parent, æquora, terra, polus.
D ictis vt ſit fides ſit: ripæ (ſtabat in illa)
Fige haſtam, frondes pomaq; fixa dabit.
Baptizatur Chriſtoforus D ixit, & abſceſſit, nox præterit, ortaq; lux eſt:
Dicta patent, ſacram protinus optat aquam.
H uius in obiectis prodeſt menſura periclis:
Hanc licio hinc ſumptam ſedula ſeruat anus.
I lli quodq; ſudis nitidum tulit arida florem:
Omnia pro voto reddere fila putat.
Q uod tamen in fluuio creuit dum vellitur aurem:
Omen ab hoc inter balnea mater habet.
C reſceq; ait puero, & poſt diuum nominat ipſum:
Q uum ſubigit Cererem, tunc quoq; dicit idem.
H æc, & plura quidem quia credula poſſe iuuare
Turba putat, turbæ linquimus illa ſuæ.
E xtra forte rogor pictus cur cernitur aram:
Q uam rogor, huic dubio cauſa iocoſa ſubeſt.
Reprobus fuit. N amq; licet noſtræ fuerit prius improbus aræ:
Sitq; aræ iccirco forſitan ante fores.
P ertulerat puerum, laſſus requieuerat idem:
Q ua dederat humilem ſtramina parua torum.
C orpora dat ſomno deformia, ſurgit ab illo:
Seq; trahit ſurgens, præcipitatq; caſam.

Talia

T alia ne fiant templo, depingitur extra:
Q ua patet, & frontes angulus ædis habet.
A ſene quæ veniet rutilans Aurora marito,
Excipiet ſacrum plauſibus Anna tuum.
A nna ſacrum poſcit: feſtum eſt matralia, ſi fas
Dicere, quod priſcis matribus ante fuit.
C urq; ſit hæc multo melior quam cauſa priorũ eſt:
Anna quod eſt mater, filia mater erat.
P riſca Ioui Anna cibum, dat eundem noſtra tonãti
Anna cibum, multo qui Ioue maior erat.
gne parit Semele, virgo parit igne, parenſq;
Ficta fuit Baccho: vera ſed iſta deo.
iſq; Ino geniti cœpit ſibi iura nepotis:
Iſtaq; bis geniti iura nepotis habet.
andida vixit anus, Matuta vocabitur Anna:
Portunuſq; deus, portus, & aura puer.
icta quidem feſto eſt, cauſa et meliore vetuſtas:
Et perit hiſtorica fabula vana fide.
hebanæ ergo dabant Matutæ liba parentes:
Area qua nomen de boue priſca tulit.
te & vos matres, natæ melioribus annis:
Veſtraq; bethleis tradite dona focis.
nna quidem mater, mater quoq; nata, puerq;
Matribus eſt vnus, vna ſed ara tribus.
ernite vt eſſe cupit proles diuina duabus:
Vtq; illum pariter diſcupiere duæ.
bera iam petijt, ſed non petit vbera, ludit:
Dum videt hinc auiam, te petit inde parens.
æc velut audiret, deus ad me vertit ocellos:
Vertit: et amplexus, oſculaq; Anna dedit.

Annæ matrij Mariæ matralia huc lata.

Vtilius natos igitur mandabitis iſtis:
Anna quibus matrum maxima mater erit.

Paraſrenariorũ feriæ pilei patrũ feruntur

Quare in equis patrum veniant, apiceſq; ſequãtur:
Principis a freno qui ſibi nomen habent.
Curq; ſimul feſtum datur illis poſtulor Annæ,
Dent & cur poſito thura preceſq; mero.
Quos modo ſpectamus proceres, patrũq; cohortes,
Olim turba rudis, vileq; vulgus, erant.
Nullus in his cultus, forma his nulla ante Senatus,
Anna parit natam, mox parit illa deum.
Patribus hic templum ſtatuit, regnumq; parauit:
Principium facti, quis neget? Anna fuit.
Ire huc ergo duces, quod matrum feſta fuiſſent:
Sunt Maieſtatem dedecuiſſe rati.
Hinc in equis mittunt, qui ipſorum frena ſequuntur:
Vnde illis merito tradita feſta putant.
Pro dominiſq; apices humeris ad templa feruntur:
Ad ſacra quum munus fert ſua pompa ſuum.
Ire adnare vocant, vulgus putat illud ab Anna:
Litteraq; errorem verſa ſecunda facit.
Hoc hi ſæpe via in media clamare videntur:
Sunt viſi & diuæ debita thura dare.

Epulæ ſociorũ paraſre.

Turba quia illorum eſt ob iter vinoſa, quod Anna
Eſt anus, atq; frequens ipſa ſenecta bibit.
Pars putat inde frui dapibus vinoq; ſodales:
Cauſa nec à vero ſit procul iſta ſuo.
Quæq; data eſt ripis veteri tunc Tybridis Annæ,
In vaticano eſt reddita menſa iugo.
Aetas inq; illa vt patribus regnumq; perennet:
Te Anna rogant, poſito ſed tamen ante mero.

¶ Altera lux oritur, magna de gente propinqua
Martha ſacra poſcit hoſpita in æde nurus.
C ur poſcat ratio non eſt aliena, recluſis:
Excepit tectis, hoſpitioq; deum.
S edulaq; excepto placuit, curaq;, fideq;:
Proq; illo vt faciat nunc quoq; quærit idem.
P aſſa virum non eſt, caſtas amat illa puellas:
Conuenit & dubijs vtraq; cauſa ſuis.
¶ Hoc quoq; lucifero, qua mercis Agonius author:
Q uaq; capax Rheti pocula circus habet.
Q uam tetigere prius proprij ſacra numinis oſſa:
Dum calet accenſis muneris ara focis.
V t valeas per te, nullaq; Machaonis arte,
Ara dabit medicam Panthaleonis aquam.
¶ Tunc quoq; diuiditur leo, nimbo flabit & auſter: Leonis medium exoritur Auſter nimboſus flat.
Ipſa terat fruges area plena licet.
¶ Q uam cito bis roſeum Cytherea reduxit eoum:
Cernat vt inuicti Cæſaris arma ſui.
Q uam bene Victoris quod ſunt quoq; ſacra, duciq;: victoria Caſ. S. Victoris ſacrum.
Nomina victori quod geminata parat.
nunc & contra te Cæſar tela ferantur:
Ipſa tua è cœlo numina bella gerunt.
rgo ſuis ſaltus libycos penetrarat ab oris.
Ipſe ſua Mauors qualis ab arce ſolet.
Q uum ducis eſt hoſti ſubito pallorq;, pauorq;,
Atq; ſuum excidium viſa Guleta timet.
enerat à tergo victoria ſigna ſecuta:
Famaq;, ſed pennis aurea picta ſuis.
nter erat geminas aquilas & ludere viſa:
Omnia promittens læta futura duci.

Exerci. Italorũ. Quum qui inuectus equis Italo comitatus ab orbe:
Cæſaris eſt acies, imperiumq; ſui.
Sic Mars inquit: abi celeri mea fama volatu:
Siſq; ducis populo nuncia læta meo.
Hæc ait: atq; in aſtes vocat in certamina mauros:
Barbaraq; inuicta contudit arma manu.
Foci publici ob Guletã expugn. Nuncia fama venit, tollunt ſua lumina turres:
Primaq; per flammas cognita laurus erat.
Stabat vt intacta pro regno candida veſte:
Ante patrem è ſolio tunc pia Roma refert.
A te ſancte regor, nec ſub te pœnitet eſſe:
Cerno etenim auſpicijs omnia læta tuis.
Glorior, & poſt tot crudeli damna ſub hoſte:
Te duce de lachrymis exeruiſſe caput.
Inq; tamen noſtro ſpes eſt quoq; Cæſare rerum:
Coget is errantes in tua ſepta greges.
Vix ea finierat, certis victoria pennis:
Aſtitit illius quum dea læta manu.
Tunc oculos tollens, (nanq; illam dextra tenebat)
Oraq;, ſic noſtris protulit iſta deis.
Alma parens igitur, tuq; ò ter maxime nate:
Perpetuum & numen frater vterq; meum.
Cæſaris & terris, & cœlo inſcribite nomen:
Sitq; meum exoriens occiduumq; latus.
Sic: ſua quum lauro victricia tempora cinxit:
Velaq; Pierides depoſuere meæ.

Explicit liber Septimus.

SACRORVM FASTORVM LIBER OCTAVVS.



¶ In hoc menſe Auguſto, qui ſextilis dicebatur, Auguſtus Cæſar ſecundus Imperator verus, verior verificatur in Petro Auguſto, immo auguſtiſſimo propter ſacra, ſecundo Imperatore (nam vt Imperatores olim Pontifices ita nunc Pontifices à Chriſto Imperatore primo, Imperatores appellantur) propter quod Conſtantinus eius feſtum quod in paſchate erat, ad has calendas eidem Auguſto Petro conſecratas tranſtulit. Tutela olim Cereris, nunc Bartholomei apoſt.

CEPIT ab Auguſto ſextilis nomina menſis:
Ceperit et cur hæc debita cauſa manet.
Sacra auguſta patres, auguſtaq; tēpla vocabāt:
Aucta quoq; imperij iura vocantur idem.
Reddita Romano fuerat prouincia regno:
Subq; Tybri famulas Nilus agebat aquas.
Scilicet & ſacros ſpectauit Roma triumphos:
Nactaq; erant finem ciuica bella ſuum.
Clauſa ſeris rigidis fera Iani templa ſilebant:
Duxq; ſuæ pacis publicus author erat.
Atq; pater patriæ factus, populoq; Quirinus, Cæſar
Dictus & Auguſto nomine iura dabat. dict. Auguſt. añ.

Q uum, ne parua forent illi, niſi nomen & ipſe:
Imponat menſi, continuetq́ patri.
S ic vt erat ſolito lectus de more ſenatus:
Cumq́ ſuo populo munere iunctus eques.
A lta recenſentes felicis principis acta:
Q ui diuiſa ſuo cum Ioue regna tulit.
C æſaris accepit Q uintilis nomina primi
Dat, quod is imperij munera prima ſuis.
S extili Auguſtus det nomina iure ſecundus:
Roma quod aucta duce hoc, imperiumq́ fuit.
I ſta etiam vt nō ſint, meritis nec præmia dentur:
Menſe patri iungi filius aptus erat.
T alia dicebant, dicto aſſenſere Q uirites:
Menſis & Auguſti nomine dictus erat.
I nterea venit rerum pulcherrimus ordo:
Alteraq́ eſt facies temporis, alter honor.
E rgo datum, quoniam primum fers tēpus ad aram:
V nde feras illud clauiger ipſe mone.
V ix ea, quum ſenſi duras ſtrepuiſſe catenas,
Dirigui, ille oculos conſtitit ante meos.
A tq́ ait, ò vates depulſo fide timore,
Et mea conſtanti pectore dicta tene.
Feſtum vinculo. à paſchate huc trāslatū
N am mihi cum feſtum thus hoc præberet Aprilis:
V ictor ab inferno quum deus hoſte redit.
A d ſacra Syluester (pater hoc tunc nomē habebat)
V t venit: Cæſar ſic pius ore refert.
C æſaribus primis menſes tribuuntur in anno:
Hic eſt Auguſtus Iulius ille fuit.
I mperio poſt hos potitur de virgine natus:
Q ui venit ex illo clauiger ipſe fuit.

M agna quidem res eſt primordia tradere rebus:
Vnde tulit menſem Chriſtus Iule tuum?.
R es quoq; non parua eſt aperire et claudere cœlum:
Et poſt immenſum numen habere deum.
S acra auguſta vocant, fuerat pater ipſe ſacrorum
Clauiger, Auguſti tempore dignus eat.
D ixerat, Auguſti mihi ſacrauere calendas:
Huc & ab Aprili tranſtulit ara diem.
H actenus, audebam, vidi cur tempora dixi:
Prima feras menſis, cur det & ara locum.
A dde tuo quæſo quæ ſint iam nomina feſto:
Menſeq; cur illo cum prece ſacra dabant.
C arcere claudebar, Solymæ domus impia teſtes:
Dixit, & Herodes criminis author erat.
V idit vt hoc, celeri qui præuidet omnia nutu:
Hoc fit ait nobis: aligerumq; vocat.
I mperat huic nodos noſtro de corpore ſoluat:
Iuſſa facit, venit carceris ante fores.
F uſus humi ſtabam ſomno, ferroq;, grauatus:
Limen adit, tangit, ianua tacta patet.
S ic vt eram in tenebris, ſopitum ſuſcitat vrgens:
Atq; ait, à vinclis ſurge age ſurge ſenex.
E xcitor ad vocem, fractæ cecidere catenæ:
Tollor, & addubito num ſopor ille foret.
C onſpicio aſtantem, vigilabant pectore ſenſus:
Pone veni dixit, non ego ſegnis eram,
V enimus in tutum, linquor, volat ille per auras:
Liberor à vinclis, feſtaq; nomen habent.
T empore quod teneor, quod ſeptima ſacra colentes:
Azimon appellant, thus mihi paſcha dabat.

Petrus ſecundus Impe. ſicut Auguſtus.

Petrus à vinculis ſoluitur.

Feſtum à vinculis dici deb.

F inierat, magnus fuerat concurſus ad aram:
Parsq; dabat collo vincula, parsq; preces.
T unc ſic turba onerat cur dixi colla catena?
Siq; duas paſſus, cur capit vna preces?
S eruat in exquilijs templum quæ vincula dixit:
Q uanta ſub Herode ſubq; Nerone tuli.
M ira dabant, natæ languebant colla Q uirini:
Libera ſit, cœli crimina claue premo.
H is ego quod uinctus, quod ſano colla puellæ:
Soluoq; quod culpas, criminibusq; leuo.
C urrit ad hæc vulgus, ligat & ſua colla: rogatq;
Corporaq; atq; animas vt pia facta iuuent.
C onſtiterat non dum, quæ nunc videt ara carinas:
Thuraq; tarpei carceris antra dabant.
V incula bina ferunt (Eudoxia muneris author)
Hiſq; iugo ponunt, quæ modo templa vides.
S tant pia ſacra, duas iunxerunt thure catenas:
Continuo ſeries vna duabus erat.
H æſit enim alterius conſpectis altera nodis:
Implicitoq; hamis reſtitit vna ſinu.
F actaq; ſupplicibus de priſcis vna duabus:
Nunc manet, ex ara conſpiciturq; mea.
D ixerat, Auguſti ſed cur ſe afferre calendas
Turba inquit, poſito cum ſue mane mero.
I uſſerat Auguſtus celebrari mane calendas:
Has ait, inq; domo publica vina dari.
F acta refert vulgus, ponunt conuiuia patres.
Adeq; de noſtra publica menſa datur.
Q uod ſolēne putat, priſcorum more parentum:
Læta ſuem feſto plebs petit inde meo.

Quodcunq; ſolues ſuper terram.

Duæ catenæ in ara ex miraculo vna factæ ſunt

Præterea

Præterea ludum celebrabat Hilaria, menſe
Roma fere extremo ſed Cytherea tuo.
Vertit in auguſtas illud gratata calendas:
Plenior vt fieret Cæſaris ara iocis.
Scilicet aula diem valuis celebrabat apertis:
Atq; eques ad plauſus atq; ſenator erat.
Omnia fiebant, fieri quæ feſta requirunt:
Largius effuſo per ſua verba mero.
Tradita ſunt nobis, & vulgus numina noſtra:
Sic colit: Octaui factaq; noſtra putat.
Quodq; dape Auguſto feriari mane ſolebant:
Se afferre Auguſtum nunc ait ille rudis.
Dixerat: ibat eques patris non vnus ad aram:
Aureaq; è collo cuiq; catena fuit.
Quæ ſit cauſa rogo, cum nomine lætus equeſtri,
Verba ſuis verbis contigit ille mea.
Vt taceam patrum quod nos lætamur honore:
Quodq; ſenatorum nomine quiſq; ſumus.
Funere functus eques romano dicimur ordo:
Quamq; tuli, collo cuiq; catena rubet.
inierat, vidi venientem ad vincula nautam:
Sed ſubijt, dederat vela quod ille rati.
inc dicturus eram, cur piſcatoribus idem
Præſidet, occurrit rete quod egit aquis.
ubſequor exquilijs cum octaua luce moremur,
Bis quoq; cur quartam carceris ara petit?
nda quid in tenebris? prono quam pectore ſæpe
Credulus exiguis potibus ipſe bibi?
ra quod illa prior, locus eſt quod carceris, inquit:
Tot dat in exquilijs, quot petit ipſe dies.

Feriæ Auguſti à ferẽdis epulis dictæ.

Feriari Auguſto quod vulgus afferrare ait.

Equites S. Petri aſſiſtunt ſacro.

Nautarũ feriæ aqua carceris.

Militecingebar non vno: voce peregi
Poſceret vt ſacri quilibet amnis aquam.
Precibus Petri rupit aqua è carce.
Quæ quia defuerat, ne deſit verſus ad aſtra:
Sic humili ſupplex alloquor ore deum.
Nate dea ſi te didici pia iura magiſtro,
Carceris & pro te vincula dura fero.
Quam petor hic ſanctam da viui fluminis vndam:
Sic ego, rupit aquæ quum prope vena pedes.
Curritur ad fontem, tollebam crimina rore:
Corpora ſanabam, ſic manet vſus aquæ.
Dixerat, & cœlum cui præſidet ibat in altum:
Alite ab exquilio præueniente iugo.
Ergo pios dixi atq; auguſtos effice patres:
Duraq; delicti vincula ſolue mei.
Mariæ de Angelis inuentio ſácti Stephá.
¶ Altera lux aderat: titulum dabat aliger aræ
Virginis, hac Neruæ qua videt illa forum.
Tela deæ placuit, textores templa ſubibant:
Ad ſacra creſcebant quæ trabe ſulua loco,
¶ Lux eadem illius prætexit nomine templum:
Cum foret hac ingens æde recepta dea.
¶ Proxima lux aris illi ſua repperit oſſa,
Cui prius infelix obruit ora lapis.
Aeſtus ingẽs ſtipulæ incẽduntur
¶ Hinc vbi purpureum tollet iubar æquore Phœbus:
Igne ſub Icario ſicca ſubibit humus.
Caligatq; vrens ſtipulis ardentibus, aer:
Vixq; erit æſtiuum quæ leuet aura diem.
Feſtum niuis. niuis nĩbus.
¶ Aeſtuet ille licet, plenis lux altera nonis:
Quis putet? iniecta ſub niue ſtabit humus.
Ite piæ matres, vocat ad præſepia virgo:
Hic vbi in exquilijs aurea templa tenet,

S cilicet hic Iuno quondam Lucina manebat:
Et dicta à Luco eſt, quæ dea lucis erat.
V era patent, cedant priſcorum numina, nanque
Hæc Iunone prior hæc dea lucis erat.
L ucis habet titulum, peperit quia candida ſolem:
Luceque quod iuuit, Iuno vocanda fuit.
C oncipit hæc natum ſine coniuge, concipit illa,
Vera ſed iſta parens, illa figura fuit.
A ra ſed exquilijs cur eſt, quis muneris author,
Q ua ue nota eſt feſtum, poſcor vt ipſe canam.
V ir fuit, hunc olim priſcorum ſanctior ætas,
Romaque Ioannem, patritiumque vocat.
C um ſine prole foret, qua matris ſtabat imago
Dicitur hæc poſito verba tuliſſe genu.
C um tibi in vrbe tua non dum ſacra ſplendeat ara:
(Par vt erat) populo thure colenda tuo.
Q uod dea tu nullo peperiſti ſemine natum:
Solaque non tactæ nomina matris habes.
Q ua careo, prolem da: fac ſpe læter vt iſta:
Feceris, & per te nomina patris erunt.
T empla feres prima: & me patre vocabere maior:
Ad præſepe notam ſed dabit ara loco.
V nus & alter erat precibus iam lucifer ortus:
A prece quum voti ſit pius ille potens.
F eſta deæ ſuberant, quibus eſt aſſumpta, parenti
Soluere promiſſi munera tempus erat.
E lige diua inquit, qua uis ſit vt area templi:
Irrita ſignatis non erit illa locis.
N ox oritur: ſicco feruebat Sirius aſtro:
Verſa poli eſt facies, canaque bruma redit.

Sequitur opin. illã quæ eſt ꝙ prolẽ recepit.

Nix dibus cani.

Candida ſignato ſparguntur vellera templo:
Menſeq; ſextili ſub niue collis erat.
Lux redit, inſpiciunt, mirantur facta Quirites:
Admoniti patres thura, choriq; ferunt.
Colleq; ſpectantes alieno menſe pruinam,
Qua fuit, alterna procubuere prece.
Inde pater ſacra ſignauit limina foſſa:
Signatiſq; aram iuſſit ineſſe locis.
Atq; inquit tangens, primam quã tangimus aram:
Ad præſepe parens, cui nota maior, habe.
Dixerat à læuo ſtrepuere tonitrua cœlo:
Areaq; exiguo tempore creuit opus.
Quodq; niue hanc legit, dicta eſt: & mater et illa:
Fertq; dies ex re candida nomen idem.
Hæc ego: libarat cœleſtia dona ſacerdos:
Soluerat & fuſo thura, preceſq; mero.
Quum mea dicta ſuo virgo vt candore probaret,
Protinus aurata flauit ab æde niuem.
Miſtus erat tecti niueo color aureus imbre:
Eſtq; pudori aptus viſus vterq; deæ.
Talis ab ætherio quum funditur alpibus axe:
Ora per occurrit, fuſaq; ſpargit humum.
Non eſt, eſſe putes vento per inania verſam,
Perq; humeros lapſam molliter, inq; comam.
Vidi ſæpe aliquem, cum non ſit frigus in illa,
Frigora ſubducta pertimuiſſe manu.
Vulgus in hac ludit, glomeratq; iocoſus in orbem:
Matribus & multis vſibus eſſe putat.
Aſpicit hoc fieri, probat & virgo aurea factum
Noſq; nimis gaudet credulitate capi.

Maria maior quia primum hoc illi templum nomine ad præſepe

Finis erat, auum quum iam regina per aram Puellæ nubunt
Cærulea vidit nubere veſte nurus. præſepiũ
Cum tamen has videat, cur à præſepibus arcet: nõ itrãt.
Qui rogat: hic à me iam ſibi doctus eat.
Oſa torum fuerat: peperit quæ ex æthere natum:
Caſta puellares pellit ab æde pedes.
Ne fuget ex toto, dat templum, limen et aræ:
Proq; fore his mandat ſoluere vota prece.
¶ Has quoq;, qui domini ſibi fert de nomine nomen, Dominico Citri
Hinc in auentinum cernit abire iugum. folia in
Nam pueros, poſitor quæ illic dat ſemina plantæ, poculũ.
In calicem verſa fronde iuuare putant.
Romula contigerat facundus mœnia doctor:
Fama volat, duras ore mouere feras.
Aeger erat matri romanæ natus, ad ora
Illius vt properet, deſerit illa ſuum.
Voce ſacra capta eſt, mora fit, puer occubat umbris:
Exanimum diui detulit ante pedes.
bnuit, illachrymans rogat vt reuocetur in auras:
Motus erat, matri vixit vt ante puer.
Hinc folium capiunt, creduntq; iuuare parentes
Arboris: illius quam poſuere manus.
Aurea quæ quoniã eſt, non ceſſat tradere frondes:
Vſq; licet carpant, largius vſq; dabit.
Hic quoq; de domino fieri præconia in hoſtes Fũdator
Præcipit, vnde horum eſt ordinis ipſe caput. ordinis prædic.
Viſa erat illius genetrix peperiſſe gerentem
Ore facem in ſomnis, nocte ſilente, canem. Mater
Lux erat, hunc peperit: fuit huic facundia flamma: parit canem in
In dominiq; lupos ipſe latrator erat. ſomnis.

Quæ regio illius non victa eſt fulmine linguæ?
Traxerat & lapides in ſua verba ſono.
Sæpe vir à domino fugiens eſt voce retentus:
Quiq; illum contra ceperat arma, manu.
Verbis ſæpe huius, cum declamare videret:
Saulum ipſum ex aſtris, obſtupuiſſe ferunt.
A Papa ordo datur. Venerat vt leges fundaret, vota negantur.
Mox pater admonitus maximus illa dedit.
Nomina prima tulit tubicen, titulumq; ſecutis:
Orbe fere toto mœnia ſacra patent.
Stella hinc quæ in puero micuit, dum forte lauatur:
Venturum ſydus relligionis erat.
Magiſt. ſacri pa. Ergo palatinus merito fuit ille magiſter:
Perpetuuſq; eſt hic ordinis huius honor.
Nauis incipit diluculo. ¶ Lucifer exoritur: ſurgitq; ex æthere puppis:
Ad nos quæ heroas per mare prima tulit.
Quare ſancte pater faueas pro ſyderis ortu:
Hanc nos quando tuam credimus eſſe ratem.
Nox erat, effuſo lauit qui ſanguine terras:
Quum deus it iuncta eſt qua Galilea mari.
Aſpicit aduerſis turbari lintea ventis:
Aequoraq; in fratres concita nocte trahi.
Scilicet æolias cocytius imbre procellas
Hoſtis in hos morat, detuleratq; notos.
Diſtrahitur puppis, retinent, contemnit habenas
Ars cadit: attonitus quiſq; petebat opem.
Eſt Argo in figura cymbæ Apo. Quid facerent? cæca ſtabat caligine cœlum.
Nubibus & ſciſſis non fragor vnus erat.
Fert ratis & fluctus, tulerat ſymplegadas Argo:
Hæc niſi tunc Argo non minus ipſa fuit.

I anq; Cephas hic eſt, illic dux ibat Iaſon:
Duxq; columba rati mitis vtriq; fuit.
iderat occurrit ſicca deus æquore planta.
Eſſe putant vmbram, fidite viſus ait.
e rate proſiliens dextram dat nauta magiſtro:
Norat enim, & preſſa ſiccus adiuit aqua.
ollitur in puppem diuumq; hominumq; poteſtas:
Deq; illa ſurgens talia lætus ait.
uod tutata meos partem percuſſa procella es,
Pro merito ſtellæ ſint tibi nauis ait.
ix ea quum cœlum precium tulit illa laboris:
Treſq;, decemq;, notas ſaucia parte tenet.
laraq; ſyderibus ſpatioſum ſulcat olympum:
Atq; hinc Pontifices noſtra ſub ora vehit.
uta ſit ergo diu, & ſtellis micet omnibus æuis:
Nec ferat aduerſos amplius illa notos.
Q uam bene qui ſigni donarat ſorte carinam, Transfiguratio domini.
Hac quoq; transformat fulgure membra die.
ret vt ergo polo Heliam Moſemq; vocauit
Gramine ab elyſio, ſummaq; montis adit.
pſe Thabor mons eſt cũ nube hinc ſumptus ab aura
Tollitur, & radijs integit ora ſuis.
tq; ſui clara redimitus imagine ſolis
Iuit, adorantes deſeruitq; duces.
uoq; magis vehitur, tanto formoſior ille eſt:
Pendulus, aerius, perſimiliſq; niui.
nter & heroas cœlo conſtabat in alto:
Omnibus & facto eſt cognitus ille deus.
nterea attoniti dum ſtant, nota ora recepit:
Solus erat, rerum viſa tacere iubet.

Sagitta occi. Matutino. ¶ Tunc quoq;, quæ cœlo prima pro ſorte ſagitta eſt,
Si quis vbi eſt quæret, tota ſubiuit aquas.

Cyriaco panis cõtra Dæmones. ¶ Tertia poſt nonas, Orci qui tela timebit,
Cyriaci Cererem, præſidiumq; petat.

Subſidiũ datũ co. ¶ Lux eadem preſſam bello, ſigniſq;, Coronen
Faucibus eripuit liuide Turca tuis.

Equus minor occi. mat. ¶ Hinnierat ſonipes modo qui prope virginis antrum,
Merſus in Oceanum mane ſequente tacet.

Lauren. nuces venales. ¶ Proxima quum roſeo veniet Pallantias ore,
Subijciet crati laurus, & ara, nucem.

I llius & fas eſt (modo non) ramalia ſaxis
Impetere, & plena ſumere poma manu.
I mmo quod ad plagas vix cepit ſaxa viator:
Q uod petit, è ramis quum cupit illa dare.
Q uæritur vnde illi fiat tam prona voluntas:
Soluitur & dubio cauſa, patetq;, ſuo.
P auperibus dederat commiſſum principis aurum:
Atq; illos domini iure vocarat opes.
D icta odium generant, viſum eſt iniuria verum:
Inq; illum impietas pro pietate furit.
D ucitur ante Iouem, dare in aram thura negauit:
Præparat ardentes lamina dura faces.
V iſa parum fuit hæc: ſeu quod nux voce nocentũ eſt:
Seu funeſta hominum ſæpe quod ipſa nece.
F ama refert illam, & factura putamina flammas,
Sacrilegas ferro ſuppoſuiſſe manus.
V enerat ad prunas, cœlumq; deumq; ſecutus:
Vos cum inquit cupio, proſiluitq; rogo.
V ritur accenſis cratis ſuper ordine prunis:
Non ſecus inuento quam Perilae tuo.

Nux

N ux ſuberat: diui contraxit preſſa cruorem:
Viſus & eſt ſanguis, qui modo ſuccus erat.
E x illo gemuit non iſta vulnera luce:
Atq; cadens cultros mollis vt agna ſubit.
I nde velut faciat memores nos numinis, ictu
Inficit vrgentes cæſa cruore manus.
S i quis eam frangit, dolet ignem fracta ſubire:
Odit enim, per quem fecerat ipſa nefas.
P luribus vnde piũ eſt crudã quoq; ponere menſam
Auſa quod hac ſcelus eſt impia flamma die.
A dde quod heſternæ ſoluit ieiunia lucis:
Atq; ſacra ex votis inchoat inde dapes.
H inc templi ad poſtes puer illi clamat emaces:
Hic vbi iuncta ſuo tollitur ara foro.
P hœbo igitur laurus, Veneri ſua myrtus honori:
Herculis & decus eſt populus alba ſui.
E ſt & Pallas honor viridis tibi ramus oliuæ:
Eſtq; deum matri tradita pinus idem.
E ſt Iouis & quercus, tibi ſed ſyluane cupreſſus:
Nux tua Laurenti, cedite ſylua nuci.
H uic quoq; tutela eſt medicinæ, cauſaq; facti
Poſcitur, vt ſolita eſt, det dea vela rati.
A n quia nunc magno perſæpe reſoluimur æſtu?
Aereq; accenſo corpora laſſa iacent?
S ponte ſua & veniunt moroſi crimina morbi?
Phœbeusq; frequens præmia ſuccus habet?
A n quoniam herbarum eſt inuentor Phœbus & artis,
Deq; huius lauro nomina diuus habet?
V traq; cauſa valet, ſed ſi prouerbia ſpectes,
Inquit in hac vulgus ſic ea vera die.

Putami-na nucis in ignem iacere re ligio eſt.

Nux ſa cra Lau rentio. feriæ a-romat.

A eſtus vt hic vrat non longo tempore durat,
Dixit idem Antoni frigus is eſſe tuum.
¶ Sed niſi me fallunt pictis noua tempora faſtis,
Atq; ſuum curſum noſtra carina tenet.
Vienna à Cæſa. defenſa eſt.
H oc quo p lucifero præſtanti pectore Cæſar
Reppulit è tectis arma Vienna tuis.
O vtinam partus bello cecidiſſet in illo:
Ne fieret rurſus terror vt ante fuit.
Troph. dantur quæ faculas vocant.
S ed vaga per ſeptem difflatur tibia colles:
Et prope erunt vulgus feſta parentis ait.
P er fora, per vicos, et compita gaudia currunt:
Conuenit, & ſpectat munera turba ſua.
Q ua data fax fuerat: ſuccedunt picta trophæa
Ex illa faculæ quæ ſibi nomen habent.
A tq; ea honoratus propria in regione tribunus
Geſtat: per certas diſtribuitq; domos.
¶ Tertia de cœlo quum Aurora mouebit habenas:
Peſtanaſq; ſuo fundet ab orbe roſas.
Vrna aquarii occi.
H umidus auratam ſummittet Aquarius vrnam:
Hac ſed parte aberit, cætera clarus erit.
Initium autumni
¶ Pulueruleuta ſuo quoq; curſu deſinit æſtas:
Atq; vua Autumnus cingere colla parat.
¶ Nauita Delphinū quid fruſtra quæris in aſtris?
Totus enim, neſcis? mane latebat aquis.
Delphinus occi. dies plu.
¶ Proxima lux auſtrum pluuium demittet ab antro:
Cum tonitru & multa decidet imber aqua.
Sol ĩ virgine.
¶ Ingreditur ſolem rerum pulcherrima virgo:
Altera purpureo quum nitet axe dies.
Vigiliæ aſſump.
¶ Hæc eadem aſſumptæ præcedit virginis aram:
Atq; ſui cauſam ſyderis ipſa facit.

Ergo vno curru gemini vectentur honores:
Donec ad amplexus hinc dea ſolis eat.
Pulchrior Erigone, Aſtrea quod iuſtior ipſa, Erigone & aliæ in figura virginis
Quod Cerere, et Iuſta hæc cognita maior erat.
Solq; quod hac natus, ſit virgo lucida Sole:
Solq; ſua nitidus virgine matre micet.
Templa ſonant, arteſq; ſilent, lætiq; Quirites
Conueniunt ſignis, & fora marte vacant.
Garrula non vnum meditatur tibia cantum:
Et magnæ plauſus feſta parentis habent. Megaleſia huc tranſla.
Ergo illam pueri teneræq; rogate puellæ:
Ingenium victa Pallade nanq; dabit. Mineruæ artes virgini dantur.
Artibus illa fauet, bene curret pectine telas,
Placatam ſaculis ſi qua puella colat.
Hoc quoq; qui tingit, qui lanam à pellibus aufert: Tincto.
Qui pillam mollit: quæq; net axe facit. Pellipari.
Vos, & qui ſuitis pellentes frigora veſtes: Sartores
Hoc agitis, doctas reddat vt illa manus.
Quiq; facit plantæ noua vincula, placat et illam: Calceolarii.
Criſpino poterit doctior eſſe ſuo.
Hanc Brontē Steropēq; roget qui imitatur ad ignes: fabri ferrarii.
Quiq; opus exactum tentat Epee tuum.
Nec vos quorum opera ducuntur ad æthera tecta: Murat.
Tractate, inuita virgine ſaxa manu.
Illa maris ſtella eſt, qui poſcis ab æquore merces: Mercat.
Quiq; capis piſces, piſceq; lucra petis.
Hinc ſuſcepta graues ne fallant vota labores
Thura date, emptores ducat vt illa nouos.
Vos quoq; qui ſuccos phœbeos traditis ægris:
Thus date, nam medicas adiuuat illa manus. Aromatarii.

Aurifi. vaſarii. Agrico.

Q uiq; aurum tractat vocet hanc, cui pocula fingit
Terra rubens, iuncto qui boue findit humum.

Molēdi. Fornarii & reliq.

Q uiq; terit fruges, fruges qui durat in igne:
Et quos hic iam nunc dicere longa mora eſt.
V era dea hæc operum eſt, ſua dona facemq; petenti
Q uiſq; det, huic artem concilietq; ſuam.
C ollectaq; palam curru ſtipe ſigna ſequatur,
Excubet & flammis, exululetq; puer.

Puer artes clamat.

C onuenere omnes, feruent capitolia cœtu:
Vixq; fori ſtrepitus agmine pacat eques.

Veſperi ī ara cœli.

S tant pueri, pariterq; viri, matreſq; nuruſq;:
Arduaq; ad cœli carmina templa canunt.
E cce ſed intactæ reſerantur virginis ora:
Tollitur & longa pinea teda manu.
P ompa fit artificum, miſſus fremit ordine currus:

Thala. diſcēdūt

Deq; loco certant, impediuntq; viam:
S ingula ſed Marci regio ſe ducit ab arce:
A' capitolinis excipiturq; tubis.

In S. Io. in mercato. Soluuntur rei.

C ollatiſq; via ſignis, gyro itur ab ara:
Q ua latus adiunctum, planaq; collis habet.
S oluitur & carcer, ſpectat via ſacra triumphum:
Sceptrifer & monitus pauca tribunus abit.
D enſaq; confuſo diſcurrunt agmina vulgo:
Certa nec his ſedes forma ue ſedis erat.
P ars fora, pars arces, pars ſacras occupat ædes:
Perq; vias aditum vix locus vllus habet.
I uerat & ceram modo qui comitatus ab arce:
A' tribus vt ferret virginis ante pedes.

Munus datur Mariæ nouæ.

I pſe noua rediit iam virginis æde ſenator:
Illum [illegible] viros, proximus arcus habet,

I nterea cœtus ſimulachrum montis ab ara
Excipit, atq; alijs publica menſa datur.
O re fauent, comitum fertur ceruice redemptor:
Fitq; via in multo puluerulenta loco.
P one viri veniunt, nuptæ, et longo ordine matres:
Q uaſq; torus cœlebs vitaq; ſancta decet.
F it mora, cœleſtis de more lauatur imago:
Teda fremit, vis eſt tranſitione loco.
I amq; Titum ſpectat, iam ſacra palatia linquit:
Iamq; reuerſurus per fora carpit iter.
T empus erat bobus quo ſoluit aratra colonus:
Lacq; agnus paſtæ gramine matris adit.
P er loca diuerſa & per tot fora proxima ſummis
Ventum erat exquilis, conſtiterantq; faces.
N oſcere quærebam ritus: nox, clamor, & æra,
Terruerant animum, tibiaq; ipſa, meum.
T unc ego te virgo quando præſentia nati
Detinet, & populi es nunc ſtudioſa tui.
D a mihi tu dixi, qui de cœleſtibus vnus
Dux ſit, & ad feſtum me ſtruat ore tuum.
D icta ſit vnde dies, quid tibia, pompa quid ipſa,
Q uid velit et thalamus, quē modo turba vocat.
F axq; quid alba petat, dicebam verſus ad illam:
Q uum puer ex alto conſtitit ante pedes.
E ximui, pietas facilis tunc colligit alas:
Atq; metum his verbis aſtulit ille meum.
S ume animum vates, venio è cœleſtibus vnus:
Virginis ad feſtum te (vt petis) ore ſtruam,
V iderat hæc nati ſucceſſum, viderat orbem
Lege reformatum, veraq; iura dari.

Epulæ Region.

Lauātur pedes ſaluato.

Hiſtoria aſſump.

Q uum poſtrema timens, et noſtris plenior annis,
Alma toro languens talia triſtis ait.
N ate quid expectas? tollam te ad ſydera cœli:
Sæpe mihi dixti, ſint rata verba precor.
I lla parens ego ſum tibi quæ connixa ſub antro,
Q uadrupedes inter, vbera caſta dedi.
N atus eras matri, me matre & carior vnus:
Perſtat amor, cauſam cur quoq; perſtet habet.
P atris enim flamma capior, nati vror ab igne:
Plus tamen ipſe vris: igne quod ortus eras.
S orte mea gaudens, timeo cur triſtia dixi
Ille meus natus iam deus ille meus.
O mnia poſſedit, Ioue maior, maior & orbe,
Cum patre iam felix ſydera ſumma tenet.
Chriſti omnipotentia. T hureq; non vno victori ponitur ara,
Hocq; noua cecidit relligione vetus.
Q uæ regio in terra non plena eſt eius honore?
In toto fratrum vocibus orbe ſonat.
C ognitus & terris, & cœlo cognitus idem,
Aequore iã immenſum nunc quoq; numen habet.
E rgo tuam linques morientem maxime: tantum
Membra ne putreſcent, quæ peperere deum?
Vota morientis A t facias ſaltem, ſi ſtat ſententia lethi:
Ne videam Stygij pallida monſtra fori.
V tq; tibi, quando vitales reddimus auras:
Biſſeni ducant funera noſtra duces.
H actenus, & medio ſeſe ſermone reliquit:
Eſtq; illi in gremio languida facta manus.
T unc viridem æternis palmam fero iuſſus ab hortis:
Solatuſq; inquam, quod petis alma feres.

F inieram veniunt quum in nube ante hoſtia fratres:
Et circum matris ſe poſuere torum. Apoſto. in nube venerũt.
I lla his attollens ſeſe, & ſua lumina, curæ
Sit vobis dixit: funeris ara mei.
I nde oculis cœlum aſpiciens, lucemq́ ſupremam,
Nate cape hanc animam quam damus ipſe ſinu.
H æc ait, et lapſa eſt, animamq́ ille excipit vlnis:
Flere vetat, fratres conticuere rogo.
V allis erat, vallis vernas effertur ad oras Moritur vallis Io
Pæana ætherij concinuere chori. ſaphat.
P almaq́ præfertur, victricis munera matris:
Et populi ſtrepitus inuidiamq́ tulit.
V nus & alter erat tumulo iam lucifer ortus
Pro matre & ſtabant in ſtatione duces.
V idit vt hoc natus, ſe ad patris lumina vertit:
Spectabat terras vt ſolet ille ſuas:
A tq́ illa, ò genitor duce te qua corpora ſumpſi:
Et duce te regni qua mea ſceptra tuli.
Q uæq́ tibi dixit, placet è tot millibus vna
De plebe en virgo mortua ut una iacet.
V rna tegit matrem, peperit quæ caſta tonantem:
De me quid dicent, qui mihi thura ferunt?
P lura locuturum, non ultra eſt dicere paſſus: Pater filio vt ei
Q uum nato omnipotens ſic ait, ipſe ſuo. vitã red
A equa petis, verum duce me quia natus ab illa es: dat con-
Eripe tu fatum, tolleq́ corpus humo. cedit.
V ix ea quũ è gremio ille animã quã matris habebat,
Accipit, & me poſt aſpicit, atq́ refert.
N uncia qui tuleras: uitam quoq́ redde parenti:
Ad buſtum & pennis labere chare uigil.

D ixit, & à dicto ſuperum comitante caterua
Ex alto illabens me quoq; pone venit.
P one venit radij venientem igneſq; ſecuntur:
Cumq; tuba, arguto tibia adunca ſono.
S tabant mœrentes, ceu dudum in funere fratres:
Inter quum hos natus matris ad ora ſedet.
S ederat & ſomnus pro morte intrauerat artus:
Sopitam tangit quum deus ipſe ſuam.
T acta caput tollit, tollenti hic oſcula libat:
Et ſimul è terris aſtra petamus ait.
A ſtra petamus ait, nubemq; trahebat eundo,
Iuncta ſuo ſummo tollitur alta polo.
A dmirata cohors corpus mortale per auras
Suſpicit, it radijs cincta ſed illa ſuis.
Q ualis ſole madens cœlo diffunditur Iris
Multicolor, nato cum duce talis erat.
S ydera contigerant, quum matrem aſſumit euntem:
Q uodq; petis, feſto nomina ſumpta dedit.
Q ua patet Auguſto totus conceſſerat orbis:
Et iam Roma caput totius orbis erat.
Q uodq; triumpharat felix plaudente Senatu,
Sextus ab illius nomine menſis erat.
A tq; duci vrebant ſolēnia thura quotannis:
Suntq; triumphali tradita dona choro.
F eſtaq; communes celebrabat tibia ludos:
Publicus & populi per fora plauſus erat.
V ſus abeſt facto, venit nam ſanctior ætas:
Fertur in exquilias forma verenda dei.
Q uæ dabat Auguſto præſens tunc thura Senatus
Cæſare maiori tranſtulit illa deo.

Hiſtoria triumphi huc trāſlata.

Q uaq;

Q uaqꝫ vehebatur victori pompa triumphi,
Hac vehitur ſacra, conſpiciturqꝫ via.
F latur & horrendo dum fertur tibia cantu:
Traditur & priſcus ſubſequiturqꝫ, chorus.
M os fuerat currus victorum ferre ſub ora: Thalamorum ratio.
Hoſqꝫ ſequi plauſu, pene videtur idem.
Q uod thalamus nuptæ torus eſt, et coniugis idem:
Virgoqꝫ quod mater, nupta, ſororqꝫ deo.
N omina fecerunt, velut his quia lectus Olympus,
Q uo deus aſſumpſit, continuitqꝫ ſuam.
I lleqꝫ pro curru ſolẽnem fertur ad aram:
V nde ſuum priſcis fercula nomen erat.
H uc ſimilis medio ſpectatur machina templo,
Q ua ſtat iuncta ſuo conſpicienda parens.
N ulla triumphantum pompa eſt ſine luce ſacrorum:
Conueniens caſtæ candida cera datur.
D ixit: ſumpſi animum, quum ſic inſignia quæſo? Signa principis
Cur patriæ dixi nunc patris iſta gerunt.
M os erat arma inquit, victorum ferre triumpho:
Inqꝫ hoc victrices his onerare rotas.
S cilicet auratis argentea flumina ripis,
Victaqꝫ cum populis oppida lata ſuis.
C umqꝫ nouis titulis montes, ſyluaſqꝫ, ferebant:
Telaqꝫ cum ſpolijs in ſtrue fixa ſuis.
Q uæ quia non ſiunt, pro factis iſta priorum,
Nunc ſtipe collata, ceu ſimulachra, ferunt.
I nter et hæc patriæ ſic nunc patris arma feruntur:
Iſte dari antiquis ne videatur honor.
D ixerat, adde etiam cur ſoluunt carcere clauſos:
Præceduntqꝫ alba cur quoqꝫ veſte, mone?

I bant ante rotas onerati colla catenis
  Tunc ait, & vinclis corpora capta duces.
R es vt viſa geri populo ſit, carcere ſoluunt:
  Veſte.p candorem virginis inde gerunt.
D iſta patent dixi, ſed cum caſtiſſima mater
  Ipſa ſit, & natus non niſi pura petat.
C ur pueri clamant? laſciuaq; verba locuntur? — Ridicularia ſcômata.
  Sæpe quibus faciles erubuere nurus?
S commata dicebant Graij dicteria noſtri:
  Anteq; victores mos erat illa loqui.
Q ui dicebat Io miles, dicebat & illa:
  Grataq; erant, vectus clamat vtrunq; puer.
D ixerat, ante arcum ſed cur ſic fertur is inquam?
  In Capitoli inquit, mos erat ire iugum.
I tur ad hunc arcum, ſedet hic cum plebe ſenator: — Côſeruatores ad arcũ ſedent.
  Treſq; viri, montis qua iuga cliuus habet.
F acta patent: verum cur pura in veſte ſacerdos
  Illi molle roſæ ter lauat imbre pedes?
M agna celebrabant veteres megaleſia dixit:
  Prima deum quæ tunc feſta parentis erant.
V ir ſacer inuectam roſea cum veſte Cybellen,
  Certaq; in Almonis ſacra lauabat aqua.
F abula detegitur, vera eſt Berecynthia virgo: — Cybele in figura virginis
  Atq; dei magni magna reperta parens.
A era Corybantum vel taurea terga Curetum,
  Tibiaq; in ſacris garrula carmen erant.
P ene quoq; hæc nunc ſunt, non ceſſat tibia cantu,
  Tympanaq; & litui per fora carmen eunt.
V iſa quod eſſe eadem ſunt his megaleſia ludis,
  Nunc pro matre pedes natus in æde lauat.

Amphitheatralis ſed cur non ſcena ſubitur?
Nec vehitur recta ſubſequiturq; via? Amphiteatrum nō itrat.
Cum ſoleat dixit, ſpectacula mœſta referre,
Conueniens lætis non erat illa choris.
Læuaq; non ſubijt, ſcelus illic nam omnibus æuis
Fœmina pontificem diſſimulata parit.
Fœmina, dic poſtq̃ nunc huius facta locutus
Cur ſacrum illius non pede limen adit?
Hæc ne eadem cauſa eſt? ſic: quũ mihi rettulit ille:
Altera ab hac certe eſt, iureq; ſacra patrum.
Non niſi Pontifices ſanctorum ſancta ſubibant:
Qui quia erant caſti, fœmina pulſa loco eſt.
Dixerat, aucta aderat plebs, ſellã et prona petebat:
Cur id agant poſco, quum puer ore refert.
Vt taceam virgo quum cœli ſedit in arce
Iuncta ſuo, ſuperum turba quod iſta facit.
Pax ſimulachra datur non parua vehentibus, illa
Plebs vehere vt tandem ſic videatur, adit.
Dixerat, & retro veſtigia vertit imago:
Cur quæro, quum ſic rettulit ille mihi.
Eſt locus à Priſcis Latonæ nomen habebat:
Dicere Latronæ quem modo turba ſolet. Arcum latronẽ ſubit vt pellat dæmones.
Orcus in hoc ſolitus fraudes innectere, & ipſos
Sæpe viatores ſollicitare metu.
Ara quoq; eſt nomen ſilicis de nomine ſumpſit:
Regius hic anguis funus, & horror erat.
Hac deus vt vectus, ceſſere pericula rerum:
Priſcaq; ne redeant monſtra reuiſit iter.
Tranſierat: poſito repetuntur pocula Baccho:
Quærere conabar, quum mihi fidus ait.

S unt ea ſi neſcis, antiqui vina triumphi:
De ſtipe collecta quæ ſibi cœtus habet.
F inis erat, ſubitis ſtrepuerunt omnia flammis:
Quæſieram, cauſam det tibi vulgus ait.
I nterea ſolem virgo complexa ſerenum
Fulſerat, & cœlo nobile ſydus erat.
Pegma cū puero canente. R eſtat vt admoneas quis nā puer ille ſequenti eſt
Luce, deæ templi qui canit ante fores.
I lle ego ſum dixit, populo felicia poſco:
Hactenus: & viſus effugit ille meos.
T urba erat in templo, ſtabāt ante hoſtia currus:
Ipſaq; erat plenis Roma videnda vijs.
S æpe quidem vidi, cum vix foret ipſa ſuorum
Ara capax, claudi liminis ære fores.
C umq; nurus tantum tunc ſacra admitteret ædes
Crimina ne fierent, hinc procul iſſe mares.
E ſt tamen hic ſtrepitus face multa, nocteq; tota
Cum populo, & capiunt vtraq; ſella nurus.
¶ Nox abit, orta dies feſta eſt, ſaluete Quirites:
Hæc ego, quum gyro cingitur ara ſuo.
P ræuia collatis manus eſt celeberrima ſignis
Montis, & in multo tibia multa ſono.
C urritur ante fores, puer eſt, ſiluere cohortes:
Læta canit, noui, dux erat ille meus.
Salutatio ſimulachrorū in tēplo. D ixerat, amplexus (mirum) ſimulachra dederūt:
Suppliciter miſeros plebe ciente ſonos.
I n diuerſa ruunt inſtar mox fulminis ignes:
Turba fugit, trepidi concutiuntur equi.
N umina diſcedunt, lateranaq; pompa reuiſit:
Perq; aliam claudunt munera feſta viam.

A era petebantur peplo, artificemq́ rogabam
Dona ſagittiferi cras comes inquit habet.
¶ Ergo vbi tranſactis ceſſauit tibia ludis,
Soleq́ erit toto ſtella fugata polo.
R oche coronatas cernes è limine lintres: Rocho.
Et clementinam feruere plebe viam.
A nte merum & feſtis ſaltari mane tabernis:
Illis præficeris tu quia diue locis.
I taliæ populos ope nam tu tabe leuaſti:
Saucius hoſpitibus cura futura tuis.
N ec mala lædebant, quos tu ſanare volebas:
Atq́ erat arbitrio tota ſagitta tuo.
V iderat, extenſo quum forte ſagittifer arcu,
Creditur hæc iſto verba tuliſſe ſono.
I am mea Roche tibi quia vis eſt, accipe tela:
Dimidium & noſtri numinis alter habe.
T radidit, atq́ fides vt rebus deniq́ fiat:
Additur his telo lamina ſcripta notis.
Q uiſquis es ediſcas, quacunq́ parabitur ara:
Q ui colit hunc ſoſpes qui nocet æger erit.
H actenus, iſte lares repetit, ſua ſydera miles:
Occidit, è ſinibus lamina ſacra cadit.
P rotinus hunc lectis populi timuere tabellis:
Factaq́ vis diuis vna duobus erat.
C œptus & eſt ſocijs precibus, ſacriſq́ ſub vno Sebaſtianus & Rochus ſocii.
Limine, ceu geminum numen, vterq́ coli.
A ſſeq́ collecto plebs munera donat, & artes:
A ſocio & cauſam numine Maius habet.
A nnua dona ferunt, exaudit dona ferentes:
Plaga, quamq́ gerit, corpora noſtra leuat.

E ſt timor, eſt pietas, hoc cogimur, hacq; iubemur:
Ferte ſtipem quiſquis, ſeruet vt ille ſuos.
D iciteq;, hoc alio cum vulnere dirige ferrum:
A` populo & digitum contrahe diue tuum.

Pegaſus īcipit occidere.

¶ Nauita de ripa, ſi non erit ebrius, ipſa:
Pegaſe te pelago mane latere videt.

Virgo exoritur

¶ Exoritur virgo, dudum quæ ſedit Olympo:
Cras vbi ad artificem mane rediuit opus.

Octaua aſſumptionis. Ludi funebres ad Rotūdam.

¶ Quinta dies referet ab eadem virgine ludos:
Hic vbi dat titulos ara rotunda foro.
F ronde coronatæ tollunt pia buſta columnæ:
Defuncti impenſa ducta tribune tui.
M agna ſed effertur mater ſpectate Quirites:
Vera illi octaua pompa fit iſta die.
L iuidus ecce furit, tentatq; auferre feretrum:
Attamen audenti eſt arida facta manus.
I t dea ſublimis, reſonat concentibus aer:
Dic age qui ſpectas, proſpera ſemper ades.
I uerit, & ſuperum templo turrita ſedebit:
Aerius ludo funera claudit eques.
I pſa quidem Cybele eſt, tenet et Berecynthia tēplū
Quod tenuit, matri conuenit ara deum.
R elligio eſt eadem, clypeoq; armatur, & haſta:
Vtq; decet, victrix per fora ludit equo.

Virgo claudi. & Salu. imago.

¶ Sed quæ mane ſuos reſerauit candida ludos,
Non ſecus ac natus mater in æde latet.

Hirūdo abit.

¶ Nuncia quæ veris fuerat iam abſcedet hirundo
Frigora nam Terei prima futura timet.

Vindemitor emergit. Nois ſi.

¶ Tunc quoq; de cœlo tollet vindemitor aſtra
Bacche tuus: Nois ſed tamen ante puer.

P otus erat genitor : fecerunt vina ſoporem: lius non Bacchi puer.
Adiacet, & nudus nuda pudenda tenet.
D e tribus hunc natis deridet turpiter vnus:
Texerunt patris maſcula membra duo.
V ina ſoporq; aberant, miti quum mente duobus
Ille bene his dicit tertius exul erat.
S ic vt erat vitis ſator ipſe, & cultor agelli,
Primus, ad hos verſus, dum manet ante duos.
A lter ait, pingues ad fruges excolat agros:
Q uiq; ſerat vites ſedulus alter erit.
H ic dederat fruges, daret ille vt muſta Tonanti:
Decidit ex vlmo : caſus in aſtra tulit.
B acche tuo puero cœlum ſic abſtulit ille
Victaq; abit vero fabula vana ſuo.
¶ A' cute cui ferro trepidantia membra recedunt:
Ocia pell.paris cras iubet eſſe ſuis. Bartho. Aposi.
O ſſa lebes tulerat, ſonat alta tactus ab ara:
Et populi digitos æneus orbe terit.
V na ſed huic pellem lux abſtulit, altera vitam:
Et trahitur dubio numinis ara ſacri.
nſula nanq; vndis pulſatur vt vna duabus:
Hæc quoq; ſic geminos efficit una focos.
re coloratos diuus properabat ad indos:
Q uo deus accedis ? pelle carebis ait. Hiſtoria de cute.
C ontigerat, caruit, data pellibus ara reſectis:
Demptam humero pellem forte quod ille tulit.
A nte Coronidæ tenuit ſacra inſula templum:
Nunc cecidit gladio cui cutis, illa tenet.
C ernitur hinc ripis caſa plurima nexa catenis:
E' queis ſaxa ſua concaua fruge ſonant.

Molēdinariorū feriæ.

Fronde coronatos vaga machina ſoluat aſellos:
Et iaceant ſcabræ, conticeantq; molæ.
Altera direptas nec tractet machina pelles
Ad ſacra pelliparas dum vocat ara manus.

Puerorū ludus in cōcha lapidea.

Sed petit æra puer, ludumq; in marmore miſcet:
Atq; illum, cauſam qua tueatur, habet.
Soluerat is natam iurijs iam principis, aurum
Ille dat, ante pedes deijcit iſte datum.
Facta puer reddit, proq; auro, calcibus æra
Impetit: inflexus ſed tamen illa capit.
Lucra dedere artes: lucro fit naufraga puppis:
Et lucro intentus vulnera miles habet.
Aduenit, aduenians iacit in caua ſaxa viator
Aera, chorus concha ſtatq; paratq; iocum.
Flectitur ad prædam, prædonem crura laceſſunt.
Pellitur, expulſi ſuſcipit alter onus.
Aes auidum fallit, decepta eſt puluere dextra:
Læſaq; ſunt tarda brachia tarda mora.
Ecce ſed è numero Milui curuatus in vngues,
Alter habet, ſtantum clamor ad aſtra venit.
¶Exit in Aegidij lux hæc octaua calendas:
Febre, ſatus Phœbo quod facit, ille leuat.

Aeſtas deſinit penitus. Ficus et vua pepones pellunt. Ludouico Gallorum Hilaritas.

¶Aut ego decipior, aut villice deſinit æſtas:
Proq; pepone locum ficus & vua petit.
¶Regia progenies poſitam Ludouicus ad aram
Cras venit, huic largum Gallia pone merum.
Scilicet huic ſeui qua balnea celſa Neronis:
Pro quo & Seruator qua tulit arma manet.
Templa feris ſurgunt, ſaxisq; operoſa gigantum:
Conuenit & tantis regibus illud opus.

Aucta fides illo fuit olim principe, ceſſet
Ne pietas, à quo qui venit, iſtud agit.
❡ Thura tibi Aureli dant tempora quarta, ſed imo
Hæc à menſe decet te numerare tuo.
❡ Lux oritur rebus moneo, non apta gerendis: Decollatio.
Quiſquis es, hac curis ocia pone tuis.
Non ea Saturni eſt, phario ſed ſydere nota:
Omen & à colli vulnere triſte refert. Dies ægyptiacus.
Huc mihi diſtulerat iuuenum de tempore partes:
Cur iubet accenſos tranſiliſſe focos,
Ergo cruentatum tulerant conuiuia collum:
Quam canimus, nomen lux habet vnde ſuum.
Functus erat tumulo, tumulo repetitus ab ipſo
Vritur, exuſti deijciturq; cinis.
Flamma quod hoc fecit, ſtipulis accendimus ignes:
Menſis at à iuuenum nomine munus habet.
Nunc capitolinum, capitis ſeu nomina quod fert:
Nectit in hoc laqueus ſeu quia colla, iugum:
Fronde ſuum ſaxum funeſtaq; ligna coronat: Sacrum ad cruces.
Ponitur & ſummo flebilis ara loco.
Effertur nodis plenum ſine voce Pheretrum: Pheretrum cũ laqueis.
Non procul à ſpatio maxime Circe tuo.
Inſtruiturq; rogus: mœſto canit ore ſacerdos,
Triſtia dumq; canit, vincula flamma terit. Laquei reorum vruntur
Indeq; quod tumulo diui fecere ſepulti:
Disijciunt cineris quicquid ab igne manet. Cinis ſpargitur
Hinc redeunt, et dant capitis ſub imagine panem: Panis eius in Imagine impreſſus datur.
Quiſquis es, accedas: ſportula numen habet.
Mos fuerat cæſi (morem Tobia dediſti)
Qualibet inuentum condere corpus humo.

Venit ab hoc pietas, & noſtros contigit annos:
Atq; tulit ſocios, nominaq; ipſa dedit.
Eſtq; inſigne caput, fora circum & compita diui
Ad ſacra quod ducit, thuraq; feſta docet.
Quoq; ſuo tumulo cæſorum corpora dantur.
Quum miſerum ſocius de cruce tollit onus.
Iſtaq; quod faciat ſortitur nomina factum:
Auget & inuentum ſubſequiturq; patris.
Scilicet hoc aris de toto corpore perſtat
Flamma nec exuſſit, pertimuitq; nefas.
Fœminaq; illud habet, ſeruatq; quod abſtulit enſis:
Atq; illa tangit qua nocet ante manu.
Aedeq; Syluestri gemmiſq; auroq; coruſcat,
Inſpicias, dices nunc quoq; magna loqui.
Nec minus à flammis crudelibus integer index
Creditur hic, quo inquit gentibus ecce deus.
Quare tu quoniam ſacris es fama poetis:
Et ducis noſtras ex Helicone deas.
Si mereor quæſo premis ò qui crimina fando:
Cuius & in manibus myſtica lympha fluit.
Claudis enim menſem niſi lucibus ipſa duabus,
Impediat celeres orbita lenta rotas.
Hunc mihi quem finis nunc tu de more laborem:
Quodq; inſtat, vates protege vatis opus.

Imago capitis per fora ĩ eius feſto. Libitina capite ſignaſũ ſpẽſas et cæſos tumulat.

Explicit liber Octauus.

SACRORVM FASTORVM LIBER NONVS.



¶ In hoc menſe Septembri, qui Germanicus ob triũphum ex Germanis à Domitiano ductũ, dicebatur: ſeptimus numerus de anno Romuli verus, veri.r. verificatur in die ſeptima: in qua deus ab opere in creatione mundi quieuit: quæ in hoc menſe ſecundũ aliquos fuit: in quo omnibus germinantibus idem ſedit tanquam triumphator: quod ſit verum: ante Romulum & Domitianum hic menſis ſeptimus dicebatur dierum numero ſeptimo, igitur merito ſacer eſt. Tutela olim Vulcani, nunc Matthæi Apoſtoli.

PRæceſſere duo gemino ſub Cæſare menſes
Et tenuit titulum tempus vtrumq; ſuum.
Septimus à priſco tandem deducitur anno:
Et ſua de numero nomina menſis habet.
Finitimis victor iam tunc requieuerat armis
Romulus: & fuerat factus in vrbe pater.
Reſpicit authores, ſimul et cum authoribus annum: Romuli conſiliũ, de ordinatione, ſui anni.
Indeq; de ſolio ſic bene fortis ait.
Non ſine mente deum, tumidum cum fratre per amnem
Deſtituor gemino: lintreq; ponor humo.

Atq; hinc, ni vanum mihi quod Laurentia dixit:
Et cum illa noſtras Fauſtulus inter oues.
Fluminis in ripa nudi quod lacte ferino
Creuimus, & Pici ſumpſimus ore cibum.
Quodq; armentorum, curæ pecoriſq; magiſtris
Mox fuimus, ſtudijs ruſtica turba tuis.
Ad maiora quidem ducebant munera diui:
Tolleret è ſtipulis ſic ut vterq; caput.
Siue quod hoc fuerit, ſeu quod (ſi audita recordor)
Auxerunt animum fortia facta patris.
A' grege ad hoc ſceptrum confoſſus Amulius egit:
Regnaq; depulſus me duce cepit auus.
Hi qui & campus erant, pecori et ſua pabula colles:
Syluaq;, perpetuæ iam decus vrbis habent.
Roma ab eo cõdita. Mœnia creuerunt, fratre inuidioſa perempto.
Tamq; potens opibus quam quoq; Marte feror.
Arma quidem noui, reſtant mihi ſydera reſtant,
Vincereq; hac hoſtes nunc quoq; parte paro.
Nam mihi promiſſum cum ſit certo ordine cœlum:
Quis vetet & noſtras aſtra decere manus?
Digerere ergo meum mihi fas ſit tempus in annum:
Menſibus & numerum, nominaq; ipſa dare.
Qui quia non conſtant, & ſunt diuerſa ſecuti:
Gentibus & varias obtinuere notas.
Numerus decimus militiæ ſuæ à ſe additus. Ipſe licet denus ſit noſtris patribus ordo
Hoc qui haſta & pilo rem gerit omnis eat.
Nec proprius noſtris ſed ſit Tatienſibus idem:
Ramnibus, & ſibi quos Lucerus hoſpes habet.
Conſilio noſtro noſtrum redigantur in annum.
Sitq; modus melior ſit melior q; nota.

M enſe grauis decimo ſe ſoluit fœmina partu: Annus ex decẽ mẽſibus
Et totidem viduo permanet illa toro.
S untq; decem manibus digiti, numeriq; recurrens
Principijs, decimus nomina ſemper habet.
A nnus eat decimo (ſic ſtat ſententia) menſe:
Singulus è q; illis nomina certa ferat.
E ſt mihi quod genitor, Martis ſit nomine primus:
Q uodq; Venus dux eſt, inde ſecundus eat.
H incq; duo in titulos cedant iuuenumq; ſenumq;:
Pars quia conſilium, pars quia bella gerit.
C ætera turba ſuum numerum pro ſorte ſequatur:
Nominaq; ex illo quiſq; ſed apta ferat.
D ixerat, & numerus ſeptembri nomina fecit, Septẽber vnde dictus.
Eſt quod is ex ipſo ſeptimus imbre locus.
S ed ſi fama memor romani creditur anni:
Fallunt nec noſtras tempora longa deas.
M enſi etiam ambitio titulos huic repperit ipſa:
Q uiq; det è multis hos quoq; Cæſar erat.
B is fera victa iugum tulerat Germania bello.
Et tulerat famulas bis ſibi Rhenus aquas.
Q uum, domus antiquum fecit cui Flauia nomen:
Cæſar ad aſtantes protulit iſta ſenes.
T radita Cæſaribus duo ſunt iam nomina menſum:
Scitis Germanos ſuccubuiſſe mihi.
N e ferar inferior (ſic fas) Germanicus ille Septẽber Germanicus dicebatur.
Sit mihi, qui numero ſeptimus ante fuit.
A ſſenſere patres, cepitq; vocabula menſis:
Atq; ſuo lætus tempore Cæſar erat.
M orte receſſit honor, liberq; tyrannide menſis
In numerum redijt dictus vt ante ſuum.

Attamen annales ſi fas ſpectare priorum:
Ante ducem iliaden ſeptimus iſte fuit.
Sed quoniam numero deus hoc digeſſerat crbem:
Atq; illo ſedit, continuitq; manus.
Et quod lege ſua ſtabat ſeruanda futura:
Sanctaq; erat ſacris ſeptima dicta dies.
Vnde quod hinc nitidi fuerant primordia mundi:
Pluribus hinc ſurgens gentibus annus erat.
Sit ſacer hic noſtro menſis (ceu debuit) anno:
Septima quod ſibi lux iura quietis habet.

Septēber ſacer eſt Septimo numero.

¶ Interea matres iuga vaticana vocabunt:
Hac fora qua expreſſis fons ſua ſpargit aquis.
Septimæ ad Aegidium quia peruenere calendæ:
Quarta bis vt cœptas finiat ara prèces.

Aegidio abbati. vota pro febre ſol uuntur.

Nam cutis ex humeris ſua cui direpta rubebat:
Iuſſit quas illis terminat iſte dies.
Sic ſed munus idem det vt hæc orantibus ara:
His det cum ambobus febris anhela locum.
Ite igitur nuptæ ſoluantur pectora voto:
Oderunt tardas numina ſæpe moras.
Dicebam, pariterq; ibam quo templa ſubirem:
Qua via nunc celebris Iulia nomen habet.
Ventum erat ad ripam, comes it veſtalis, ab amne
Tollimur, hic placide dum vehit, illa refert.
Eſt ne hic velabri regio? ſi audita recordor:
Neſcio qua ſeſe Roma vehebat aquis?
Hoc quod ais dixit: vetus eſt pars proxima Circo:
Area qua priſco de boue nomen habet.

Velabrū Noſtri tē poris.

Tunc in Auentinum vectabant corpora lintres:
Ianiculi nunc eſt, quod petis amne, iugum.

Hæc quæ tecta vides ripa vlteriore nitere:
Ante leues ſalices, cannaq; mollis, erant.
Quaq; ſuburbanas veluti nunc cernimus ædes:
Frondebat Iani vinea culta iugo.
Cauſa loci nunc eſt, quem nullum deteret æuum, Via Iulia.
Iulius, à facto nomen honorq; ſuo.
Mens erat hic ripas ſublimi ponte ligare
Quo vehimur: fati ſed rapit hora ducem.
Hæc ego, quum bibula linter nos ponit arena:
Aes damus, et templo continuamus iter.
Venimus ad portam, qua Saxia porrigit aram: Porta S. Spũs.
Longaq; cum longa porticus æde patet.
Conſtitimus, ſpecto pede nudo incedere matres:
Atq; fere à pueris corpora nuda geri.
Quæ ſit cauſa rogo, votum ſic ſoluitur inquit:
Atq; hoc ſoluendi debita cauſa fuit.
Ter ſua farra Ceres, ter Bacchus ceperat vuas: Hiſtoria Aeg. de febribus
Stabat & in miſero febris anhela viro.
Aduocat Aegidium precibus, venit ille vocatus:
Quodq; hyemes dederant tres, fugat vna dies.
Fama manet facti, ſubeunt data templa: roganti
Quamq; olim terris, æthere præbet opem.
Finierat, dixi media deberet in vrbe
Ille coli, quum ſic tunc mihi caſta refert.
Ara fuit febri, qua priſca palatia ſtabant:
In vaticano nunc manet illa iugo.
Inq; dei matris gremio eſt morientis imago: Maria de febre
Aligeri ex vero quæ Michaelis opus.
Supplicibus febri quod corpora numine ſoluit:
Quodq; illi diuus proxima templa tenet.

Hic colitur, febriſq; aræ febris ara propinqua eſt
Quodq; illa, hæc populo dat quoq; munus idē.
Sic fuerat ſcite cauſam mihi forte locuta:
Quum ſubij templum, procubuiq; focis.
Hic, vt eram ſupplex, ſemuſtas lumine ceras
Fœmineum vidi poſcere mane chorum.
Vertor, & vt tedæ cauſam cognoſcere poſſem:
Veſtalem quæro, ceſſerat illa loco.
Ergo ſacerdotem ſic vt prope in æde ſedebat,
Facta rogo, placida quum mihi voce refert.
Rex erat, à rebus dicebat Gallia magnum:
Languit: à diuo quum prece poſcit opem.
Aduenit: excipitur tecto, dapibusq; receptus
Quum rex vt potuit laſſus & æger ait.
Diue vides longus mea corpora feruor adurit
Criminibus veniam numina poſce meis.
Ponitur ara domi, laticis libarat honores:
Aliger ad ſacras quum venit ecce preces.
Fertq; facem, & ſcriptam cœleſti voce tabellam:
Verba legunt, lectis in face ſoſpes erat.
Cādelæ exuſtæ dantur. Scripta abſunt, hinc fax ex ara poſcitur ægris:
Et ſemuſta ſacri matribus igne datur.
Dixerat, aſtantes dicto plauſere loquentis:
Accepitq; datam quæq; puella facem.
Et mihi da dixi, quum ſic ait accipe, cepi:
Laudauitq; meam tota corona fidem.
Cœtus incip. occi. matu. ¶ Mane erat, egrediens quærebam ſydera, ſenſi
Oceani cetum mergere roſtra vadis.
Capella emergit. ¶ Aurea quum coniux bis te Tithone relinquet:
Eriget ad frondes ſima capella caput.

¶ Hinc

Iordanis occidere incipit.

¶Hinc vbi tollet equos formoſo lucifer ore:
Lucida Iordanis ſydera tinget aquis.

Coxa leonis veſp. occidit.

¶Quæ venit exactas poſt nonas ſerior Eos:
Aſpiciet læua te leo parte tegi.

Crater incipit oriri.

¶Exoriente die quum mane rubeſcere pontus
Cœperit: & Phœbus fundet ab ore iubar.
Quo deus humanam ſitiebat morte ſalutem:
De cœlo Crater aureus ortus erit.
Sancta faue ſancto veniens vindemia muſto
Hic eſt ad ſacrum qui tua vina litat.
Ergo repellendum fuerat letale venenum:
De cœlo i dixit victima nate pater.
Venerat & toto fuerat iam notus in orbe
Gentibus & leges, admonituſq;, dabat.
Quærit in hunc liuor, nam quid nō quæreret ille?
Crimina: & infeſtus conſcelerare manus.
Quum ſic dicturus ſuprema in nocte parenti
Suppliciter tollit voce ſequente manus.
Magne pater, nati precibus ſi flecteris vllis,
Iuſſa precor membris funera deme meis.
Aut ſi certa tibi, ſic ſtat ſententia, ſuntq;
Morte voluntatis iura ſequenda tuæ.
Hoc mortale mihi poſtquam ſic debile pectus:
Et fortuna animo eſt iſta ferenda meo:
Da precor humano ſim fortis ad omnia ſenſu:
Conſtabunt mentis pignora firma meæ.
Dixerat, & torpor ſacros grauis hauſerat artus:
Salſus & in toto corpore ſudor erat.
Stabat adhuc ſupplex, ſubiturus vt Iſacus alta
Iuſſa patris, lapſus quum puer ora ſubit.

Angelus cū calic

Nate dea & dixit, ſunt quando viriliter iſta
Pro populo tandem fata ferenda tuo.
Iuſſa ſubi placidus, non te tua crimina damnant:
Eſt aliquid morti crimen abeſſe tuæ.
Quare age, quo peragas mandata fideliter iſta:
Accipe quo patiens iam bibiturus eras.
Accipe dicebat, Crateraq; porrigit aureum:
Porrecto: imperio functus in aſtra redit.
Fata ſubit, vicit, Craterq; exceptus Olympo eſt:
Angueq; depreſſo, ſydera ſummus habet.

Arcto-philax oritur cũ pluuia.

¶ Vrſa tuus cuſtos quoq; tunc ſibi poſtulat ortum:
Siq; aderit: fallet, mane ſerena dies.
Nanq; licet nulla Sol tollat lumina nube:
Fundat & è puro candidus orbe iubar.
Plauſtro obſcura ſuo vehet alto nubila cœlo
Cumq; illo ingentes exorientur aquæ.

Natalis virginis.

¶ Nox abit ad Thetyn, radijſq; Aurora rubeſcens
Nocte redit pulſa, lunaq; ſoluit equos.
Virginis intactæ venit natalis ad aram:
Virgine Pierides cingite fronde comas.
Diciteq; alterno cœleſtem carmine matrem:
Digna quidẽ veſtro eſt non magis vlla Choro.
Hæc lux illa prius tenebras quæ reppulit orbi:
Quæq; poli populis mite retexit iter.
Ara ſed erecta eſt, & plena fumat acerra:
Quaq; moues ſupplex lumina cuncta nitent.
Quiſquis ades bona verba refer, linguiſq; faueto:
Vruntur ſanctis dum pia thura focis.
Ipſe deæ genius ſtructos ſtat comptus ad ignes:
Frondibus & feſtus tempora cincta gerit.

De tribus hic nobis ſacer eſt natalibus vnus:
    Caſta anno in toto ſit dea culta licet.
V er nam illi flores æſtas producit ariſtas
    Poma dat autumnus Pallada ſtringit hyems.
I ngens perq; orbē centum celebratur in aris.
    Sint loca vt in terris omnia plena deæ.
E rgo tu Anna prius precioſas indue veſtes:
    Dum datur huic libum, dum madet ara mero.
A t tu virgo tuos tibi ſydere cinge capillos:
    Q uã p ſoles roſea veſte nitere veri.
T e naſcente dies felices intulit annos:
    Ante quidem lux te proſpera nulla fuit.
T e pater, immenſum nobis cum conderet orbem,
    Viderat, è q; ſuo vertice virgo parit.
Q uod niſi feciſſet, de tot iam millibus vna
    Digna parens nati nulla reperta foret.
O mniaq; antiquis perſtarent merſa tenebris:
    Et niſi nata eſſes, non deus ortus erat.
S alue ſancta parens igitur, quæ viſcere clauſum
    Q uem ſibi tam vaſtus vix capit orbis, habes.
Q uod quia feciſti, genere vt videare deorum:
    Principium gentis concinit ara tuæ.
P erq; dei ſeries, antiquaq; ſæcula voluens,
    Semina, cognatos ducit ad vſq; duces.
E ſſe deum à magno quis neſcit Dauide ductum
    Q uis neget Abramum Dauidis eſſe patrem?
I ſacus eſt illi: huicq; Iacobus: & huius Iudas:
    Iſq; Pharum genuit: Eſromiumq; Pharus:
H oc & Arus natus: ſatus illius Aminadamus:
    Inde Naſum creat hic: Salmoneumq; Naſus:

Liber generatiõis Nominũ accómodatio
Abraam
Iſac
Iacob
Iudas
Phares
Eſrom
Aram
Aminadab
Naaſon
Salmon

Boom
Obeth
Ieſſe
David
Salomon
Roboam
Abios
Aſa
Ioſaphat
Ioram
Ozias
Ioatham
Achas
ezechias
Manaſes
Amon
Ioſias
Iechõias
Salathiel
Zoroba=
bel
Abiud
eliachim
Azor
Sadoch
Achim
Eliud
Eleazar
Mathan
Iacob
Ioſeph
Virginis
Mariæ
Maritus

Ille Boemę tibi pater eſt, tu dictus Obetho:
Ieſſus Obethę tuus: Dauidis ille fuit.
Venit ab hoc Salomus, Salomo Roboamus ab ipſo:
Proximus Abia eſt: hinc Aſa regna tulit.
Ventum erat ad Ioſaphum, ſceptrum tulit huius Iora:
Poſtq; hunc, Ozia eſt, hic Ioathamq; dedit.
Iſq; Acham genuit: Zachiam viderat ille:
Editus hinc Manaſes: quo patre natus Amon:
Hunc Ioſius ſequitur: Ioſium Iechonius, idem
Extulerat fratres qui Babilone ſuos.
Tradita Salathiel poſt hunc tibi regna, creatus
Zorus ad imperium Salathielis erat.
Huic datus eſt Abius, rem cepit Eliachus illinc:
Rex fit Aſor, magnum fit genus inde Sadus:
Naſcitur hinc Aches, natum ſubit Elius Achem,
Iunctus is & titulo eſt Eliaſare tuo.
Mathus it ex illo: Mathoq; Iacobus ab ipſo:
Diuus ab hoc regni iura Ioſephus habet.
Iura Ioſephus habet, cum quo dignatus ab alto
Nunc commune patris nomen habere deus.
Nupſit enim huic virgo, placuit tamen illa tonanti:
Teq; parit terris maxime Chriſte tuis.
Reſtat vt unde nota luci eſt, cur feſta, canamus:
Quæ ſacra natali de tribus vna manet.
Turpe quidem viridis ſine pomis dicitur arbor,
Nec, ſua ſi ſegeti deſit ariſta, placet.
Tolle gregi fœtus ſordebunt ſepta: decebunt
Nullaq; quæ in pratis gramina flore carent.
Grata nec eſt vxor, nec, ſi eſt ſine prole, maritus:
Dixit enim his terram prole replete deus.

E rgo erat opprobrio infœcunda coniuge lectus:
Nec poterat templis thura merūq; dare.
Q uum Ioachis ſterilis, cuius non vota valebant: Hiſtoria nati. vir.
E templo mœſtus rura petamus ait.
V enerat ante gregem, viditq; hunc fœtibus auctum:
Q uum ſic: me miſerum, quam piger eſſe feror.
P atris habet nomen taurus, matriſq; iuuenca:
Solus ego à ſimili coniuge nullus ero.
F inierat: pennis ſonuit quum protinus aer: Angelus ad Ioachim.
Vertitur, ante ſenis labitur ora puer.
A tq; ait, ò felix vir, & ò felicior vxor:
Obuius vxori eſt ſi vir, & illa viro.
A urea porta quidem eſt: ſit vtriq; vt fama parētis,
Obuius vxori, qua patet illa, veni.
O buius vxori vir venerat, illa marito:
Concipit hæc, placidas ille reuiſit oues.
I amq; reſumebat nonum vaga Cynthia cornu:
Stat mare, ſtant venti, ſtatq; ſerena dies.
E ditur in lucem rerum pulcherrima virgo:
Riſerunt aer, æquora, terra, polus.
H inc eſt dicta dies, quæ cum non feſta fuiſſet:
Qua patet idalijs area ſumma iugis.
V ox audita, dei matri date thura per aras Viro ſctō à cœlo feſtum hoc reuelatū
Turpe eſt natalem deſeruiſſe deæ.
N ota.p ſolenni ſint vt ſua tempora feſto
Septimus octauo hæc menſis ab axe feret.
D ixerat hæc: multas quum demum vecta per oras,
Italiam petijt, templaq; Roma tua.
E rgo diu virgo, domini cum in mente ſederet,
Aligero matri venerat orta duce.

Atria complentur gaudet vicinia partu:
Quæq; poteſt Annæ ſedula dona parat.
Latona in fi. Annæ matris vir. Illa enixa velut Phœben Latona iacebat:
Læta ſibi & natam vix peperiſſe putat.
Vidit vt hanc igitur, cœlum ſibi ſumpſit & ignem:
Plenaq; ſic coram eſt vaticinata deo.
Alite viſa bono mihi ſis, populoq; ſequenti.
Spes ò fœminei magna futura chori.
Mater aue tanto digniſſima nomine, certos
Aetherio terris igne datura deos.
Iura dabis cœlo, terræ, & melioribus vndis:
Inq; humili magnum pectore numen eris.
Iam video ſummo delabi nuncia cœlo:
Sydereq; ante pedes procubuiſſe duces,
Magne nepos ſalue: noſtra heu pro labe peribis:
Maximus at tanti vulneris vltor erit.
Vinces victe puer, tribus vna parabitur ara:
Atq; trahes populos ad tua iura nouos.
Cybele i fig. virg. ducta à claudia. Tunc te nata tuo cum nato Roma requiret:
Ex vero caſta ſuſcipietq; manu.
Dixit, & infantem promouit ad vbera mater:
Illaq; ab vberibus pendet, vt agna ſolet.
Quæq; aderat matri coram gratata canenti:
Fatidicis ſtupuit tota corona ſonis.
Evenere igitur, tot ſtant huic templa quot aſtra:
Quotq; ſibi gentes maximus orbis habet.
Stent licet, illa placent, quibus eſt hæc orta, iuuatq;
Dicere, in hoc ingens eſt dea nata loco.
Scilicet illius (viſu mirabile) in auras
Parthum exoſa, domus vulſa receſſit humo.

C umq; locis diuerſa foret, tituloſq; referret:
Vltima picenæ nomina gentis habet.
N eue ſequens ætas mendacia credat: Olympi
Hac in nocte illam lambit ab arce iubar.
S ed via longa nimis: de ferro proxima dicta eſt:
Ad quam bis ſenus ducit ab vrbe lapis.
P lebs venit, hanc niuea venientem ſuſcipit æde
Proxima & irriguis florida vallis aquis.
P arſq; deæ templo, pars graminis errat in herba:
Parſq; facit folijs, pars ſibi veſte caſas.
S ub Ioue pars durat: pars læta ſub arboris vmbra eſt
Hoſpita ſunt alijs oppida iuncta loco.
C armina quæruntur, ſunt hic & pocula curæ:
Grataq; producto gaudia nocte mero.
S cilicet & mos eſt quũ quis quoq; naſcitur idem:
Et cauſam plebs hinc cur agat iſtud habet.
S unt tamen hæc Annæ credant qui tradita priſcæ:
Qua Tyberis ripis vnda ſiniſtra ſonat.
Illi quodq; dapes & vina ad feſta ferebant
Vina ferunt feſta conciliantq; dape.
H icq; ſecuta ſuos plebs, quæ facit ante vetuſtas,
(Verior hæc Anna eſt) facta priora probat.
H ancq; prece attollunt: & ſunt ad thura frequẽtes:
Cultaq; cum nata munera mater habet.
F inis erit, læti redeunt in tecta canentes:
Perq; ſonant medias eſſeda verſa vias.
V ir ſue lactenti, fit fœmina læta caniſtris:
Indeq; non empto munere rarus abit.
S ed cur graia ſacris admiſceat verba latinis
Ara rogor: rurſus ne roger ergo canam.

Virgo cryptæ ferratæ.

Miſſa græca in Tuſculano.

A ttulit Euander (faſti meminere priorum)
Attulit Alcides in loca noſtra ſacrum.
C umq; ſacro magnos retulerunt oppida ciues:
Vnde notam tellus græcia maior habet.
A ra ſuos ritus mutauit, lingua remanſit:
A qua nomen adhuc plurima feſta ferunt.
A dde quoq; his, quoties pater eſt cũ Cæſare ad arã:
Verba ſuo ritu graia quod illa canit.
H inc hac luce aiunt, ſolẽni carmine ſacrum
Vina peregrino fundere in æde ſono.
N omina ſed non dum fuerant data thuſcula terræ:
Qui daret à Circe natus Vlyſſis erat.
E ſſe memor facti dum ſic vult, grata vetuſti
Vtitur authoris vocibus illa ſui.
I ſtaq; graiorum cauſa eſt nunc vera ſonorum:
Prima licet moris poſſit habere notam.
Piſtorũ feriæ. F uncta ſed externa es, cauſam dic muſa latinam:
Munera piſtorum cur ſibi virgo petat.
A n quod veſta illis dabat olim munera flammæ?
Iſtaq; de flamma nunc ſibi mater erat?
A n dea quod peperit populis ex æthere panem?
Ad ſacra qui pinguis nomina verus habet?
Feſtum Iouis piſtoris huc trãslatũ. P anem ex arce ſua demittere iuſſit in hoſtes
Iuppiter? & piſtor nomine dictus erat?
S i nos vera iuuant: ſi ficta expellimus aris:
Et volumus clara nomina luce ſequi.
H æc arx illa fuit: pane huius vicimus hoſtes,
Piſtorum & matri redditur ara deæ.
E rgo coronatos huic Veſta remittat aſellos:
Huicq; tegant ſcabras frondea ſerta molas.

Quæq; refert multas operum mollita figuras:
Trita Ceres ceſſet: maſſaq; ab igne vacet.
Interea virgo ſua ſint vt farra colonis,
Poſt modo quæ gyris aſpera ſaxa terant.
Effice piſtorum ſuperent in tempora fruges:
Inde ſit vt ſacris hoſtia multa tuis.
¶ Lux venit, inferias hac poſcit mane Senatum
Gallia, Narbonis ſqualllida morte ducis. Inferiæ Adelphini, à ſena eu ſecta.
Occidit armorum decus, & ſpes altera Martis:
Pace tua, Cæſar qui tibi terror erat.
Et potuit primis fera mors ſæuire ſub annis?
Mittere in Arſacidas nec ſua tela manu?
At ſaltem vitam ſumptis poſuiſſet in armis:
Improba mors eſſes inuidioſa minus.
¶ Pegaſus exequijs venienti luce peractis,
Aequoris immiſſo pectore pellet aquas. Pectus pegaſi mane occidit.
¶ Tunc quoq; de tẽplo modo quæ pendebat hirũdo,
Deſtituet duro frigora tota viro.
¶ Virginis ex aſtro, meruit quod candida partu,
Phœbus abit, Libram ſuſcipietq; rotis. Hirundo abit ſol ĩ libra.
Quæritis & tempus: qui ſplendet ab æthere terris
Tertius hoc oriens lucifer, ipſe dabit.
Quæritis at non hoc: ſed ſigni quæ ſit origo:
Ergo per hanc ſoluto muſa feratur equo.
Aeacus, & Minos, Rhadamanthuſq;, alta ſilentũ
Atria perdiderant, arbitriumq; fori. Aeacus & Rhada. in fi. Micha.
Atquæ perdiderant Michael celer illa tenebat:
Arbitrium inq; animas, iuraq; nactus erat.
In ſolio ſtabat, tunica formoſus & alis:
Cogebatq; vmbras ad ſua ſceptra puer.

Totq; aderant ramis quot poma autūnus habebit
Frondes quotq; ſolo proxima ſparget hyems.
Vndiq; concurſu rumpebant ſepta vocatę:
Non ſecus ac noſtra iudicis vrbe ſolent.
Vix poterat quæ ſua reis, vix ſoluere lites:
Copia iudicium ſæpe morata fuit.
Demum quum ad ſtantis vertens ſe iudicis ora
È multis, qui aderant, manibus vnus ait.
Nos numerare labor grauis eſt: ne candide iudex
Hic ſit, age his turbis (nam licet) adde modum.
Crimina pōdus habent, tenues nos dicimur vmbræ:
Eleuet alterna corpora lance manus.
Mille licet veniant, peragentur crimina mille:
Horaq; plus poterit, quam prius vna dies.
Ima graues animæ ſubeant, ſublimia puræ:
Expectentq; aliæ, iudiciumq; rogent.
Dixerat, affirmat Iudex, libramq; popoſcit:
Qui daret exacta Mulciber arte fuit.
Iudicis accitus iuſſu (nam truſus ad vmbras
Stabat, & extremis à Styge cinctus aquis)
Protinus accedit, rēq; ipſum vt ſedulus audit,
Ordine quæ mandas efficiemus ait.
Vix ea quū æquato ferro ſuſpenditur illa:
Nactaq; erat lances molliter vna duas.
Accipit hanc miles: librant examina pœnas:
Et citius dicto manibus æqua patent.
Millia cum veniant ſoluuntur millibus acta:
Et data erant minima plurima vera mora.
Iuſta deus vidit ſunt lances ſydera dixit:
Quatuor & totidem promicuere notis.

Altera ſed Boream ſubit, altera tendit ad auſtrum:
Deq; anno conſtat hac ſibi libra die.
¶ Cras eadem cœlo noctes cum lucibus æquat: Aequino ctiũ au.
Atq; ſibi à facto nomina tempus habet.
¶ Luce quoq; hac lanijs virgo cognomine quercus Laniorũ feriæ.
Lancibus emptori præcipit æqua dare.
Præcipiatq; licet, manibus non illa ſequuntur:
Et Stygiam viui ferre merentur aquam.
¶ Mitibus autumnus redimitus tempora pomis Vindemia inci.
Præparat alterno reddere muſta pede.
¶ Proxima purpureos vbi vultus proferet Eos, Baltheus in ſi. zonæ virg.
Et vaga nocturnos Cynthia ſoluet equos.
Baltheus igne micat, ſi non tua Zona putatur
Alma parens, cœlo cedat vt omne vetus.
Sumpta polo fueras, Thomas non credimus inquit:
Dixerat è ſinibus decidit illa tuis.
Inſpicit, & credit, capienſq; benigniter illam
Sume ait ò virgo, iecit & inde polo.
Iacta volat, nodoq; volans ſibi colligit aſtra:
Aethere de ſummo nunc quibus illa micat.
¶ Quæ nota ſpectabam ſit luci danda futuræ: Exalta. S. Cru.
Nomina quum elatæ vendicat illa crucis.
Ergo quiſquis ades luſtratus flumine viuo,
Præcipue hac debes procubuiſſe die.
Qua nocet Adamus, hac audax aruit arbor:
Illaq;, obeſt culpis: iſta cruore iuuat.
Paruit huic pontus: dulci mutauit amara,
Plantaq; ab Elyſio milia poma tulit.
Iſta Ioſephi olim manibus quæ floruit haſta:
Regibus hæc ſceptrum nobile pinus erat.

V irga eadem Moſi eſt, anguis iam pendet ab illa:
Fortiaq; in noxas cornua ſemper habet.
P anditur in ramos ſic brachia aperta Iacobo:
De Ceti Ionas ſic ſibi ventre redit.
E ſt eadem victrix: Cæſar pro teſte loquenti eſt,
Sæpe hac qui fiſus victor ab hoſte redit.
F ert & opem miſeris, exaudit paſſa querentes,
Firmaq; in aduerſis grande leuamen habet.
S ed vocor ad lucis nomen, curq; altera menſis
Alterius non eſt, altera feſta dies.
Coſdroæ ſuperbia ob lignũ Crucis. C œperat Aſſyriam violento Coſdroa bello:
It Solymas, uincit, prædaq; ab hoſte datur.
O mnia cum raperet, lignum rapit arce ſalutis,
Sumq; deus dixit ſi polus ipſe foret.
Q ui mihi ne deſit, tollam ſuper æthera turrem:
Atq; polus demens hæc mihi, dixit, erit.
D ixerat: et cœlo, ſcelere in ſua dãna parato,
Educit turrem, par erat illa polo.
A ddidit huic gemmas, vocat idem ſydera gemmas:
Solis & hæc, lunæ ceperat illa notam.
S ederat hæc inter, cruce ſacra ſeptus & auro:
Iuſſerat atq; ſibi thura, merumq; dari.
M ittit ficta rotis confuſa tonitrua nimbis:
Sæuaq; conſciſſa fulmina nube iacit.
T alis in educta ſtultus Salmoneus arce
Conſtitit: iratum ſuſtinuitq; Iouem.
P eruenit Heracli ſimulatum numen ad aures
Bella mouet: rapuit cum Ioue tecta ſuo.
S ydera deiecit, Solymis redduntur honores:
Suntq; deo forti ſigna recepta manu.

D ebita victori properatur pompa triumphi:
Qualis vbi in patriam ſigna Camille refers
C ontigerat portam, portæ (mirabile viſu) Porta ex ſe clauditur Roma Hieruſalē dicitur.
Protinus oppoſitæ ſe occuluere fores.
R eſtitit attonitus, dum quæ ſit cauſa requirit:
Reddita de ſummo vox erat iſta loco.
P one tuos faſtus, deus hac inuectus aſello eſt:
Linquit equum, nudo progrediturq; pede.
F acta cano, poſtes ſubito patuere, crucemq;
Intulit: vnde tuos it pia Roma lares.
N omen & ex illo Solymarum ſancta tuliſti,
Hic vbi ob hoc titulos crux dedit ipſa tibi.
A d loca ſtillabant precioſa opobalſama ligni:
Inq; manu ſummi munera patris erant.
I ſq; fuit populo ſolitus monſtrare quot annis:
Vna quod Cæſar tunc facit ipſe die.
E rgo quod ingenti Crux eſt elata triumpho:
Miraq; dat: feſti lux ſacra nomen habet.
I nterea, duplicis ne feſti errore trahamur:
Menſis ad hanc quoniam tempora quintus habet.
H uc ades, ante omnes quæ noſti hæc omnia Clio:
Perq; vndam auſpicijs dirige vela tuis.
S ic ego quum cytharam raptim ſuſcepit, & illa
Bis ve ter admoto pectine docta refert.
C um ſibi September cum Maius poſceret illam: Crux Mai Ange. ſeptē.
Fronde virens Maius ſic ait, ille tacet.
B is ſibi thus lignum, bis thus petit aliger illis
Tædia ne fiant, vna det ara ſacrum.
A ltera Pontificis, crucis altera Cæſaris, huius
Pontifici debent cedere thure foci.

Q uum mihi Crux feſtũ fert, differat aliger aram:
Q uũq; tibi hic tulerit: differat illa ſuam.
E x illo duplicis ceciderunt tædia feſti:
Ille Crucem, aligerum ſic colit iſte ſuum.
F inierat, quoniam nouit me quærere velle:
Sint (ſcio) quæ lucis ſydera poſcis ait.
¶ Ipſa quoq; è cœlo, velut alto cærula ponto,
Argo vela dabit ſole ferente diem.
T ota nec exoritur niſi tantum prora profundo,
Perpetua cœlo cætera nocte latent.

Prora Argo nauis exor. mat.

¶ Tempora, libarat laticem quum mane ſacerdos
Q uatuor indicit: ſic ea nomen habent.
M enſam vt frenat hyems: vt ver compeſcit amorẽ:
Luxuriæ autũnus: faſtibus æſtus obeſt.

Q uatuor tẽp. Leo exoritur.

D icere quærebam, quum ſic dea contrahe velum:
Carmine ne vectes non ſtata ſacra tuo.
¶ Ergo bis herbarum tanget quum ſumma pruina:
Atq; bis hanc pratis auferet orta dies.
I gne molorcheus tollet leo mitior ora:
Icarium longe deſtituetq; canem.

Leo ori.

¶ Sic ego: & aſtabam (ceu fas eſt) ordine ſacris:
Audio Tobiæ quum pia facta legi.
I req; ad hæc caſtas mirabar mane puellas:
Senſit anus, tremula me capit æde manu.

Tobiæ ſacrũ ex hiſtoria eius.

A tq; ait ad ſacrum miraris ſtare puellas,
Annueram, ſtandi cauſa patebit ait.
A nte noua ad tedas Hymenæum nupta vocabat:
Liberat è præda forte quod ille nurus.
C oniugibus felix at nunc Tobia vocatur:
Cur ipſæ & cauſas ille vocetur habent.

Grata puer cari peragebat iuſſa parentis:
Aliger hunc ſed tunc qui comitetur erat.
Incidit in nuptam veluti ſors ipſa iubebat.
Cœlo illam vnde aiunt præcipiente dari:
Perdiderat multos furijs agitata maritos:
De facto comitem conſulit ille ſuæ.
Iuſſerat iſte capi piſcem iam Tigris in vnda
Qui quoq; adhuc pueri cernitur eſſe manu.
Vre ait in thalamo iecur huius tutus abibis:
Liſq; toro obſtabit, nullaq; noxa tuo.
Hæc ille, hic ſupplex cum coniuge venit ad arã:
Igne & aqua iuncti nuptaq; virq; manent.
Tectum ex æde petunt, libant ad limina mella:
Libarat iuncta eſt quum Venus illa viro.
Aedibus in medijs læti conuiuia ponunt:
Exercentq; nouos in face nocte choros.
Venerat in thalamum: Piſcis iecur intulit igni:
Statq; torus, ſtantem ſuffijt igne iecur.
Quemq; tulit: nuptæ capiti ſupponitur enſis:
À puero huic cœli crura lauantur aqua.
Corpora dant somno, thalamo cũ coniuge cõiunx
Clauditur, affines funera mane parant.
Lux oritur: ſana ſurrexit coniuge ſoſpes, Cerimoniæ nuptiarum.
Fertur equo, nuptis nunc habet vſus idem.
Atq; ſacro aſſiſtunt libant ante hoſtia mella:
Stant epulæ, exercent in face nocte choros.
Ponitur & piſcis, capiti ſuſpenditur enſis,
Crura lauant pueri, factaq; vt omen habent.
Dixerat, & fieri cum nunc ſic cuncta viderem,
Viue diu dixi: ſic mihi fiat, ait.

¶ Viderat exactas iam quartus Lucifer idus:
Creuerat & faſtis altera charta meis.
L ignipes effigies patientis ſtabat ad aram:
Forma ſit hæc dixi, fratribus æqua ſuis.
Feſtū ſtigmatum nuncium pacis. ¶ Roma tibi gaude cras, ſpe niſi fallimur ipſa:
Publica ſperatæ nuncia pacis erunt.
A rma duces ponent: cæſaq; in fœdera porca:
Præbebunt placidas, accipientq;, manus.
T urcaicas Cæſar contundet in æquore claſſes:
Stabit & oppreſſo laurus ab hoſte duci.
¶ Tertia ab oceani quum lux ſurrexerit vndis:
Euſtach. Rurſus ad Euſtachij tendite vela deæ.
I lli veſtra ſacræ referunt certamina leges:
Atq; chorus plauſus per loca veſter habet.
I udice ne careant procerum præſentia cauit:
Totq; ibi ſunt Phœbi quot tibi Roma patres.
Pompei columna ſtratagema. ¶ Idem forte dies monitor, vectorq; malorum eſt:
Q ui pompeianam vidit in vrbe manum.
M œnia nam incautis cinxerunt ciuibus hoſtes:
Poſcitur & Clemens, diripiturq; palam.
P rima quidem dāni facies fuit illa futuri:
Me miſerum, quantum fecerat illa mali.
I pſa ſed irati quid non Iouis arma coercent?
Q ua licet audaces ſiſte columna manus.
I mminet a tergo delicti pœna: videtq;
Illud, inaudito ſubſequiturq; pede.
¶ Protulerit radios oriens vbi craſtinus orbi:
Matth. apoſ vindemiator ū feſt. Ibit & vt carpat mane viator iter.
M acte tuis vuis prælum Matthee parabis:
Q uas tulit incuruus corbifer ante lacus.

Nam

N am ſeu iuncta tuo quod ſtat vindemia feſto:
Iura tui menſis ſeu quia frater habes.
T e ſibi maturos ſtringit quum a vite racemos
Vinitor, ad lintres, & ſua muſta vocat.
D umq; ſecat, quoniam viciſti magne dracones:
Efficias tutam te rogat angue manum.
B landa nec aſcribas culpæ tot dicta puellis
Moreq; campano ſeria miſta iocis.
S ic capiti pictis Bacchus ſuſcepta racemis
Cornibus è ſummis det ſua ſerta tuo.
E geris, è q; vuis ingens conſtabit aceruus:
Deficientq; cadi deficientq; lacus.
N e ſit is ingratus Martinum, & te inde vocabit:
Pinget & in multis nomina veſtra locis.
D imidijſq; acinis, nigroq;, alboq;, notabit
Signa dei, inq; aderis cura ſecunda dape.
V lnis cincta tuo ſignabit nomine cellis
Dolia: Martini diſſoluenda die.
I nterea paſſim tremulis currentia riuis,
Feruida nudato ſub pede muſta fluant.
P lenaq; vt ad ſacrum veniant Carcheſia Baccho:
Preſſa ferax multos inquinet vua pedes.
I nde quod annales, reuolutaq; ſecula regum
A te ſcripta prius febre leuare putant.
S it grauis autumnus quãuis, non æquus et auſter:
Indigeant ſcriptis corpora nulla tuis.
❡V na vacat, ſanctum lux conſecrat altera fœdus:
Curiaq; electos mittit ab vrbe patres.
I ndixitq; diem, faſtisq; hæc tempora ſcribi:
Iuſſit & è ſtipula tranſilijſſe focos.

Crux in vaſcaita lacũ vocãt vuis pingitur dimidiatis.

Legati pro pace ſoci' fiũt vultus ſ. oſtẽdi.

Vitæ cauſa ignis, ſuperis vicinior idem:
Indeq; ſunt luces, indeq; nata ſalus.
Læta hinc ſæpe dies illo celebratur & ara:
Flamma ſilet: ſanctis ponitur illa focis.
Vota iuues quiſquis, facies ſpectatur ab illa:
Detq; roga vt victas impia turba manus.

Zona vir. occ. veſp.

¶ Quæ patuit dudum, cras cœlo Zona latebit:
Sol iuga flammiferis quum data demet equis.

Ala ſiniſtra corui or. ma tu.

Ante ſed ætheriis referet ſua ſydera Coruus:
Impelletq; alis mane ſiniſter aquas.

Spica azimum occi.

¶ At lux quæ ſequitur populis oſtendet ariſtam:
Atq; locus cauſam ſyderis huius habet.
Quod mare, quæ tellus, natum de virgine neſcit?
Legibus errantes expulit ille deos.
Eſſet vt alba focis non amplius hoſtia taurus,
Hoſtia de ligno languit ipſe ſuo.
Atq; vt erat pendens, pallentem ſanguine ſolem
Fecit, & è ſummis cedere ſaxa iugis.
Meta aderat vitæ, velauit corpus ariſta:
Inq; ſacrum ceſſit ſanguis & vnda merum.
Facta pater vidit ſpicam formauit in aſtris:
Iuſſit & in matris virginis eſſe manu.
Vtq; prece è ſacro cepit ſibi nomina miſſa:
Azimon à grais ſic quoq; nomen habet.

Bootes exoritur caliſtus filius in figu. Euæ et Adæ.

¶ Poſtera lux orta eſt, ſequitur ſua ſigna Bootes:
Arctophilax hic eſt: et noua cauſa ſubeſt.
Ante nouos populos, primæuaq; iura ferarum,
Eua ſaluiferi pars erat vna chori.
Iuſſa deus dederat, tunc hæc quam tangimus arã,
Eſto pudicitiæ tu mihi teſtis ait,

D icta deus laudat: cui ſic ſi fœdera ſeruas,
Gloria fœminei nominis inquit eris.
F œdera ſeruaſſet: ſi non ferus auferat anguis:
Caſta virum cauit: ſenſit ab angue nefas.
C onſcia per ſacras errabat pallida ſyluas:
Iuncta viro: quum ſic quo deus itis, ait:
D ixerat exoſus, cœloq; expellit ab alto,
Hiq; nefas pulſi per loca ſola gemunt.
Q uaq; licet nudi corpus, factiq; parentes,
Iſta colo victum, quæritat ille boue.
D amnabantq; anguem: tandem poſt ſecula victi.
Senſerunt fati vulnera prima ſui.
C orpora humus: formæ ſublimis cætera mundus
Accipit acceptis ſydera ſumma dedit.
A rctos ſtella prior, ſceleris dux prima, vocatur:
Q uæ ſequitur: cuſtos altera nomen habet.
Q uodq; boue & plauſtro eſt vſus dixere Booté:
Polluerant amnes: ſiccus vterq; micat.
C auſa ſit vt rebus, ferus anguis circuit ambos:
Cumq; illis cœlum criminis author habet.

Adamus et Eua expellũtur de cœlo.

¶ Nox abit, & pulſis Aurora reuertitur vmbris
Eſtq; dies, tenebræ qua modo noctis erant.
A tq; eadem diuis ambobus ſuſcitat ignes
Perq; duas vna eſt lux ſibi feſta preces.
Q uiſquis es, & doctus, Phœbea diceris arte:
Thura fer hac geminis fratribus ara datur.
N oſcere quo poſſis: ex his qui conuenit, et quæ
Te iubeat certis tradere dona focis.
H ic matulam ad nomen, loculos gerit alter eburnos:
Eſt ſacra Romano qua via iuncta foro.

Coſmo & Da. medico. feriæ.

Hos venerere igitur, ſiue hæc ſeu diſcitur illa
Feceris à proprio numine diues eris.

Tonſorū tutela.

Præcipue his tonſor partes ferat ordine primas:
Cum medicas alias non vetet illa manus.
Scilicet illorum dextras, artemq; tuentur:
Rarus ab his nam qui non medeatur erit.
Poſt faciunt cunctis ſuccum vt bene tēperet herba:
Et quod vix Phœbus Phillyrideſq;, facit.
Cur faciant à me ſic vt decet, ordine cauſam
Quæritis: in promptu eſt, veſtraq; vota dabo.
Ipſe licet Pæon, valeat licet arte Machaon,
Siue ſatus Phœbo, ſiue Melampus erit.
Aut quoſcunq; olim ſibi Græcia docta tuliſſet:
Humana vſi omnes eſſe feruntur ope.
Hi ſed cœleſti quondam ſibi munere freti
Siue ægros tangant: aſſideant ve toris.
Vulnera ſiue manu tractent, cogantq; coire,
Siue cicatricum tollere ſigna velint.
Corpora ſanabant, & certo numine noti
Iam poterant meritis templa merere ſuis.
Plurimus ante illos ergo conuenerat æger,
Dant quod opus, dantes præmia nulla petunt.
Has modo nunc artes heu quā male ſæcula tractant:
Quāq; male à cupidis inde petuntur opes.
Venerit, & viſit, ſequimur, quæ forte videbit:
Vt medicus dicat munera nolle: volet.
Gratus vterq; igitur multos releuauerat ægros
Fœminaq; hos inter nomine Pallas erat.

Phœbus contra Coſ. &

Intumuit Pæan: ſimulatuſq; ora miniſtri
Cæſaris, in fratres protinus arma mouet.

E xigit hic pœnas, Phœbus parat ipſe ſagittas: Da. iraſcitur.
Cæduntur, media laurea cæde datur.
P ellimur è templo tunc Delius inquit, & arte:
Et nato iratus præcipit iſta ſuo.
H oſtes nate vides mea ſpernere tela: feruntq;
Templa, horum in vigilem factus tuus anguis eat.
D ixerat hæc illi, quum ſoluitur orbe coluber:
Inq; aluum ſummo ſerpit ab ore viri.
S omnus abit, ſomno dederat nam corpora, ſurgit,
Fit dolor, ad fratrum cum prece currit opem.
V enerat, ex aluo tortus deducitur anguis:
Et Phœbi à nato fratribus ille datur.
I n crus virus abit, quantum Pæantius heros
Ante tulit: fratres aduocat ille prece.
P rotinus accurrunt: crus quorum vidit vt alter:
Putre, ait, eſt: celeri ſubſecuitq; manu.
M aurus erat functus heſterni ſorte ſepulchri
Pro ſano huic ſectum quod modo putre datur.
A` q; viro extincto nuper pes iungitur ægro:
Rem cano, nec dictis eſt dea vana meis.
P oſt ter vt hunc tetigit terq; illi carmina dixit
Huic & opem afflauit numinis ore ſui.
V ix admotus erat: quum qualis in arbore ramus,
Hic coit, & gemino conſtitit ille pede.
A uctus honor fratrum eſt, nec corpora ſola virorum
Sanabant, ipſas ſed quoq; ſæpe feras.
C ura fit hinc medicis: genus hinc defluxit etbruſcũ,
Nobilium diuum continuitq; notam. Domus medices ex Coſ. & Da.
P erſtat adhuc: vatum cuſtos decus orbis et vrbis,
Pontificum geminum dum moderatur onus.

F acta manent horum iam nunc, ſemperq; manebunt
Fratres dumq; ſacri Pierideſq; manent.

Coruus exoritur phœbi in fi. Nois.

Poſtera mendacem lux promet ab æthere Coruũ,
Qua ſacer eſt Crater, qua ferus anguis erit.
F orte dei iuſſu Noes deduxerat alnum,
Merſaq; ab iratis terra madebat aquis.
A n placata ira eſt dubitat dum numinis, vndæ
Signa refer nobis, i nigra dixit auis.
D ixit, & e ſumma patefecit puppe feneſtram:
Illa hac egrediens iuſſa ſecuta, volat.
S icca erat, in numero ſed tecta cadauere tellus:
Fit mora, Chaonidem tunc quoq; mittit auem.
P rotinus hæc ramum felicis geſſit oliuæ,
Serus adeſt Coruus, ſe ſoluitq; mora.
V er erat, & lactens pallebat in arbore ficus:
Quum pater huic iam me fallere queris? ait.
E s quod aquæ ſigno mihi factus per fide mẽdax,
Pœna tibi vt par ſit, vere ſititor eris.
F irmat dicta deus, ſenis & dũ facta procurat,
Fama hic cum multis ſit tibi coruus, ait.
D ixerat: ille polo, qua Crater ſtabat & anguis:
Fabula quo caderet, ſydere ſculptus erat.

Pro defunctis ĩ cimite. caput nõ lauatur.

Luce quaq; hac quiſquis, moneo, ne peſte capillos,
Ni cupis extrema ſorde madere die.
A n ſibi quod templi qui ſunt ante hoſtia manes
Iuſta ferunt, fieri talia turba putat?

Dedica. Micha.

Cras ſibi ſed Michael ſuperiſq;, imiſq;, benignus,
Vnum de feſtis rite duobus habet.
C auſa erit & facti, quare ſibi quiſq; cauebit:
Puraq; præcedant tempora, vt ille iubet.

I nterea, quoniam ſic tempora ſacra iubebant,
Altera diſtulimus huc tua feſta tibi.
E nſe potens rigido, nitida quoq; caſſide fulgens,
Q uando rebellantes pellis in antra manus.
N e pars vlla vacet: quæ ſint huic nomina feſto:
Cur ue premas monſtrũ: dũ cano: dexter ades.
N otus eras: ponat ſed quæ tibi templa Sipontus,
Poſtulat antiſtes, inſtituitq; preces.
N ox erat, in ſomnis quum vox audita iacenti eſt,
Garganus templi det tibi ſigna mei.
A dueniunt: vidit pater vt veſtigia ſaxo:
Hic locus eſt inquit: cernite ſigna loci.
S acra parant: viui ſurgunt de marmore fontes:
Itur ad hos, fuſa redditur æger aqua.
T empla iugo poſuit, tres illis dedicat aras,
Nomen & à facto reſtulit ipſa ſuo.
S ederat in ſummo mundi fabricator olympo,
Vidit iniqua cohors, indoluitq; ſimul.
S enſit vt auſuros iuuenes noua crimina fratres:
Atq; gigantea bella parare manu.
M andat vt expellat iuueni, celer induit arma hic:
Enſeq; nudato, corripit altus iter.
I nq; hoſtes pendet trepidoſq; in tartara trudit:
Atq; meret Stygijs arbiter eſſe locis.
Qđq; ſub vmbrã Erebi deformat corpora, et arcet
Pro nobis miles, bellaq; dura gerit:
M õſtra pede ĩpellit, manus haſtã hæc altera lãces
Fert, alio eſt de queis reddita cauſa loco.
¶ Ponitur huic tẽplum, fuerãt qua prata Neronis, Scalæ ge nibus aſcendun.
Liminaq; obrepens fœmina mane ſubit.

S cilicet Arſacidum cum horrerent vulnera patres,
Hic vbi habes populos Appula terra tuos.
C onueniunt, & ſi bello cadat impius hoſtis,
Vrbe ſua genio ponere templa vouent.
A nnuit hic precibus, ſucceſſit, vincitur hoſtis:
Et Vaticano non procul ara datur.
P atribus è multis vnus, quia victor auernum
Ille habet, & iudex manibus æqua refert.
I uſſit vt aſcendit genibus qui limina ſupplex:
À Styge depreſſos crimine tollat auos.
Puellæ nubunt. A ra nec hinc longe locat altera dote puellas:
Si memini cauſas has quoq; muſa dedit.
T ertia cur calicē, et tollit cur ſigna relatum eſt:
Q ua ſua, qua piſcis nomina vicus habet.
Curſorū feriæ. ¶Hac ſacra curſores etiam ſua luce requirunt:
Nuncius eſt curſor: nuncius ipſe puer.
S cilicet ille deum: patrum hi mandata ſequuntur,
Sed colit ille polos, hos ſua terra tenet.
E rgo dapes ornant: curant & pocula læti:
Cauſa patet: multæ eſt quod via cauſa ſitis.
V nde patrum quoties ſe fert argentea menſis
Virga: dato eſt illis imperioſa mero.
Epulæ ſociorū & ioci nugæq;. P ars putat officio quia Gallus præſidet illi
Vina dari, hæcq; aliquem de dape verba loqui.
S ancte vigil, cuius tibi nos ſic turba ſedemus:
Scis quoniam referunt quam bene vina pedes.
S ic tibi pons placeat: ſic vrbs quas tradidit, aræ:
Sitq; tibi moles: tibia ſitq; diu.
A udeat & nullus heſterna luce capillos
Pectere: iudæus ſic quoq; vicus amet.

Q uoſq;

Q uoſq; equites celebras: quorum tibi gloria nomen,
Sic referant laudes, accumulentq; tuas.
S eptimus eſt menſis: tumet & vindemia, quæſo
Sit nobis frugum copia, pluſq; meri.
H actenus, & plauſu madidæ ſtrepit ara coronæ:
Votaq; concuſſa firmat ab arce puer.
P luribus è menſis remanet mihi lucibus vna
Hieronyme & ſacro poſceris ipſe tuo.
I tur in exquilias, cauſa eſt quod conderis illis
Apptior & non eſt oſſibus vrna tuis.
S cilicet eſt alijs vt mons ille altior vnus:
Sic virtute pares præterijſſe ſoles.
I nterea os triplex es tu quo magna locutus:
Si placet ad ripam Tybridis inde refer.
T raditur hic templũ ſtatq; hoſpes dalmata templo:
Hacq; tibi ponit debita thura die.
H æc eadem mutæ lux præbet dona fauillæ:
An quia Mors oculos cernitur ante tuos?
A n quoniam nigri iudex præcedit Auerni?
Illius hinc mæſtis lanx ſit vt æqua rogis?
S unt tua mirantur qui corpora veſte carere
Veſte quod es luſus facta ſed eſſe putant.
P ars ait es Syriæ quia ſoles paſſus & æſtus
Pars quia ſic veniam tu petis ante deum.
P urpura ſed ſummi quoq; te contexit honoris
Atq; tua alludens fert Leo ad ora manum.
G eſſit idem tergo pro amiſſo pondus Aſello:
Et quanti officio nos docet ille fores.
P ræcipit vt pietas, tuaq; vt prudentia cogit.
Doſq; animi, & virtus pectoris illa tui.

Gloria nomẽ eſt dignitatis.

Hiero. presby. ad Ripã

Corpus s. Hieronymi in tẽplo San. Mariæ maio.

Xenodochiũ dalmatarũ, i pro defũctis ſacrum.

P roſequerer certe rerum monumenta tuarum
Conſiliiſq; eſſet debita cura meis.
O mnia clara tuis ſed cum ſint acta libellis,
Vanum erat hæc cauſis carminibuſq; loqui.
R eſtat, habes quoniam doctoris nomina ſummi:
Abſtulerit muſis te licet ara meis.
H oc opus, & menſis, quem noſtro carmine ſoluis:
Perpetuo curæ fiat vt alme tuæ.

Explicit liber nonus.

SACRORVM FASTORVM LIBER DECIMVS.



In hoc menſe Octobri, qui Domitianus dicebatur, quòd in eo Domitianus Imperator natus eſſet: octauus numerus de anno Romuli verus, verior verificatur in octaua ætate futura: in qua omnes renaſcemur, reſurgendo, & à mortuis redeundo. Eſtq; igitur ſacer menſis hic apud Chriſtianos illi ætati in qua domitis hoſtibus, & non ita credentibus, à Chriſto iudicabimur. Tutela olim Martis, nũc Simonis Apoſt.

VAERITIS *vnde notam præſens ſibi menſis habebit:*
A numero ſeruat nomina priſca ſuo.
Paruaq; ſubſequitur decimis data ſæcula lunis — *Antiquorum menſium ſeries.*
Et ſua ſortitus iura minora tenet.
Præteritiſq; ſui Martis, Veneriſq; calendis
Aq; ſenum & iuuenum cõditione procul.
Tradita Quintili & Sextili tempora linquens
Septime ab octauo te videt iſte loco.
Alteriuſq; licet fuerit ſtimulatus honore
Ad data conſtanti pectore ſigna manet.
Nullaq; cura fuit: numeri dum nomine lætus:
Tempora cum titulo continuare ducis.

N amforet in precio cum gratia magna potentum:
Altaq; Maieſtas, claraq; fama ducum.
H orum facta ſui poſſent vt ſcire nepotes,
Quærebant titulis ſæcula longa dare.
C œptaq; digeſtis hinc poni nomina faſtis:
Temporaq; aſcribi, diſtribuiq; nota.
S ic datus Auguſto, ſic magno menſis Iulo:
Hoc & erant digni poſteritate legi.
H incq; Titi frater, dominuſq; deuſq; vocari
Dum cupit: ex illis tertia iura tulit.
Q ui quoniam hoc ortus fuerat, quia victor in illo:
Hunc quoq; conſtituit rebus habere ſuis.
N empe triumphanti dederat Germania laurum:
Et noua September nomina nactus erat.
Q uum ſic, natalis quoniam meus alter ab illo eſt,
Iam ſit et October Domnitianus, ait.
D icti aderant menſes, ſed neuter manſit in anno:
Quodq; olim ante ducem, nunc quoq; nomen hñt.
A t quia ſacra cano veteres non qualia vates:
Fas erit hic etiam munus vt inde ferat.
E xpulerat fraudes deus huc demiſſus ab alto:
Reddideratq; omnes rebus & ore ſuos.
S cilicet immanem monitu ſuperauerat anguem:
Authorem et ſceleris legibus vltus erat.
P ertuleratq; odium, liuoris paſſus & arma,
Pro populo occiderat victima vera ſuo.
L uridaq; horrebant victorem tartara regem:
Atq; erat inuito viuus vt ante cane.
T empus quũ inquit, erit quo corpora veſtra redibũt:
Iudicij faciem ſed ſubitura mei.

October Domitianus olim dictus.

Ergo quod illius Maieſtas iura parabit:
Et precium meriti maxima cuiq; dabit.
Octauo hic menſis nunc tempora debeat æuo:
In quo noſtra leuis corpora reddet humus.
¶ At ſit vt octauis de cœlo proſpera cœptis:
Et regat impulſæ per freta vela rati
Tollit clara polo prima ſe luce corona: Corona emergit.
Syderis & cauſam candida virgo facit.
Iamq; parens axem formoſa intrarat Olympi:
Grandeq; in aſſumpto corpore numen erat.
De ſolio quum ſic ſuperis ad verba vocatis,
Natus ait: diuum cætera turba ſilet.
Gaudia (ceu par eſt) cœleſtes ſumite mecum:
Muneraq; ad matris ora referte meæ.
Hæc eſt illa ſuo quæ impleuit numine regnum:
Quæq; vetat noſtras ſorte vacare domos.
Quod modo pollicitus ſum, cœlum maxima cepit.
Et regina manu debita ſceptra tenet.
Reſtat vt imponam capiti de more coronam: Corona Ariadnæ in ſi. coronæ virg.
Quam ferat è ſummo conſpicienda polo.
Atq; nouem quoniam cœlum patet orbibus orbi:
Quālibet è gemmis ſplendeat illa nouem.
Ederat illa loco, cepit quum è ſole coronam:
Et capta tales edidit ore ſonos.
Vt taceam ante chaos quod tu cum patre ſedebas:
Quodq; mihi è multis millibus vna parens.
Quodq; in me nato tū mater cognita virgo:
Quod duce te dicor morte piaſſe nefas.
Vana Ariadneæ fiant vt ſigna coronæ:
Fabula quæ ignaros priſca fefellit auos.

A ccipe cœleſtis iam præmia debita lactis:
Sitq́ tibi ſolis tota corona mei.
Q uæ, quoniam ille nouē mundi terit orbibus arces
Digna quibus ſola esſet tibi terna micet.
D ixit, & impoſuit capiti vix ille ſedentis,
Q uum quot erant gemmæ tot micuere faces.
Corona dn̄æ orationes puellarū E x illo &, facti ſint vt monumenta, puellæ:
Huius habent vitreas relligione notas.
¶ Ecce polo octauis modo quæ ſplendere calendis
Cœperat, Aurora tota ſequente micat.
I pſe ſed agreſtis videt hanc dū mane ſupinus
Grues apparēt. Et quæ ſint ſecum tempora forte putat.
S trimoniæ cinxere grues longo ordine cœlum:
Oſtendit clamans, continuitq́ manum.
A tq́ dies inquit iam ſementina rediuit
Hactenus, & iunctos increpat ille boues.
Frāciſco ¶ Altera poſt primam lux latas lumine terras
Sparſerat, & rebus non color vnus erat.
A d ſacra poſcebat patefacto limine diuus
Thura: deus plagas cui dedit ipſe ſuas.
I nq́ vicem teneræ properabant mane puellæ
Q ua petit irriguas penſilis hortus aquas.
S iue qđ inſtar in his frons ſtigmatis ipſa rubebat:
Q uod prius à fixo numine ſanctus habet.
V ulnere ſeu ſacro circum manante cruore
Huic quod corpus hyat flos vt hyare ſolet.
Q uælibet ex illis flores ponebat in horto:
Flores quos Cariophillos vocāt Graia quibus gratæ nomina frondis erant.
Q uodq́ inſunt ſanctis radiantia vulnera plantis:
Apta erat hæc herbis arboribuſq́ dies.

Temporaq; hæc olitor, hæc obſeruabat arator:
Ille olus vt ponat ſemen & iſte ſolo.

Plātatio

Hoc & qui ramum ramo, ingenioſus adoptat:
Arboribuſq; infert poma aliena facit.

Inſitio

Quaq; ibas cultos referebant ſemen in agros
Et iuga portabant, duraq; aratra boues.

Seminādi diligētia.

Verbaq; erant vulgi: Franciſco ſemina mitto:
Atq; illa optabat condere arator humo.

Prouerbiū agreſtiū de ſeminibus

Mane erat, et diui ſtabant, ſolennia templo:
Cum face erant flores & ſenis ante pedes.
Ingreditur ſacrā ille ædē & prope limina ſancta
Sparſus aqua accenſos conſtitit ante focos.
Liba ſacrum dederat, tauros adiungit aratro:
Perq; nouos ſulcos ſemina lecta iacit.
Dūq; iacit, cupidus ſegetis ſit læta precatur:
Perq; nouos ſulcos proſpera verba refert.
Inde hac ruricolas affatur voce iuuencos.
Pergite ſementis vota peracta dabit.
Plena coronatos tunc ad præſepia ſiſtam:
Sentiet & nullum vomere vulnus humus.
Sic ait: & demum poſt hac ſemente peracta
Gaudet, & agricolis ocia bobus agit.
Cum tamen ante Ceres fuerit dea priſca colonis:
Terraq; queis ſemen votaq; certa dabant.
Poſtulor huic vſus dederit cur talia, frater
Et mendicatum cur petit ore cibum.
Optant quodq; alij, tantoq; labore paratur:
Aes cur ille putat tangere triſte nefas.
Uncta canam; mons eſt, veteres dixere Lauernā:
Turba lauernicolas nominat vnde patres.

E ſt ſpecus hic ingens: vaſtumq; receſſibus antrum:
Vixq; homini rupes, vix adeunda feris.
I nſpicias ſaxum præcinctum horrentibus vmbris:
Inſpecto, affirmes numen ineſſe loco.
H oc pater incoluit, feſtum prope culta ferebat
Ara crucis, quum ſic ſupplicat ante deum.
S i mihi pura fides, tua ſi mandata ſecutus:
Te vt venerer, ſupplex hæc pius antra colo.
S is licet immenſus: ſim quamuis ipſe puſillus:
Da deus vt plagas ſortiar ipſe tuas.
I n prece ſic fuerat tendens ad ſydera palmas:
Q uum ſubito ardentes promicuere faces.
S uſpicit, huic genius: Seraphin ſacra nũcupat ætas: Chriſtus in figu. Seraphi loquitur.
Q uum ſic, vnde ſenex nomina cepit, ait.
I lle ego ſum cuius te transformabis amore,
Vt transformatus vulnera noſtra feras.
S ignifer atq; meus terrebis numine manes:
Sanctaq; eris noſtræ tu quoq; cura foris.
N on tibi certa domus, non æris diuitis vſus
More auium optati ſorte fruere cibi.
Q uum libet agricolis demittes æthere nimbos:
Et poteris nubes voce fugare tua.
I nde tibi ad ſacrum florebit vinea noſtrum:
Q uũq; voles per me facta erit vnda merum.
D ixit: eratq; deus, tremuere cacumina montis:
Viſaq; erat patris lambere flamma caput.
V t poterat, ſpectat pectuſq; alaſq; loquentis
Atq; deum agnoſcit, ſignaq; certa dei,
I nde ſuum paſſo ſummittit corpore vultum:
Mira cano, quino vulnere ſcriptus erat.

Q uales

Q uales mane, noui, ſole ingrediente feneſtram:
Se radij effundunt: impediuntq; domum.
H aud ſecus ipſa dei ligno exorientia fixi
Vulnera, tunc artus impediere viri.
N uminis his tactus ſtabat patientis imago:
Ictus perq; manus pectora perq; pedes.
F eſta quod ergo ſenis prope ſementina petebat
Semina: quod viuit fruge, latetq; deus.
Q uodq; dei ille eſſet lethum pia forma ferentis:
Corporeq; hærerent vulnera, vt herba ſolo.
V t decet, agreſtes ſibi rem traxere minores:
Pro Cerere & terra dant ſua thura ſeni.
A tq; ſuis ſulcis quum ſemina mandat arator:
Da pater his auctus, proueniantq; rogat.
T empore de hinc imbres veniant & tẽpore ſoles
Anteq; dum ſerimus ſit ſine nube dies.
A tq; vbi iam ſœti fuerint ſementibus agri:
Spica ſit his pinguis, luxurientq; minus.
S ic ſed vt ipſa ſeges, procul à rubigine creſcat:
Dumq; hæret nullo procubet vſta gelu.
V erbaq;, quæ antiqui dicebant ante coloni:
Addit, & huc melius tradere farra putat.
S acraq; quod Cereris fuerant communia Baccho:
Vndam quodq; nouo verterat iſte mero.
P roxima ſubiungit, ſac vinea certet ariſtis:
Calcatiſq; vuis plurima muſta fluant.
F ecerit vua merum, complebunt horrea meſſes:
Quæ petat inde tuus dona miniſter erunt.
A rea qua diues, diues vindemia fiet:
Vſq; licet poſcat, tempore vota feret.

Sementina, à Cerere huc trãslata.

D ixerat, euenit, tutela ſit ille colonis:
Pauper erat, ne ſit, dona rogator habet.
T emporeq; aut agris errat, datq; area fruges:
Aut quacũq; lacus feruida muſta tenent.
A ut fora inops intrat: luſtratq; aliena per vrbem
Limina, & obliquo poſtulat ore cibum.
E t modo habet peram: modo onuſtũ ducit aſellũ:
Res aut poſcit emi: cum minus æra petat.
Fratres minores æs nõ tãgunt.
S cilicet ære emptus deus eſt, corrumpimur auro:
Hincq; nefas nummum tangere triſte putat.
V nde ſed eſt habitus, quis cinctum repperit ipſum:
Cur ue illis velent vincula rara pedes.
Q uid ve breuis tonſura, tegat cur ſumma cucullus
Cur nota verſa placet, vitaq; parca, canam.
V enerat huic ætas, animus, moreſq; iuuentæ:
Vanaq; nec curis tempora certa ſuis.
S eu ſuperis viſum ſic, vt ſua ſacra iuuarent:
Seu quia non alio ſydere natus erat.
C onfuſæ tactus vitæ, morumq; pudore,
Pectore concepit numina ſacra ſuo.
A tq; deo plenus populos vrbeſq; peroſus,
Deſeruit celeri patria tecta fuga.
D um fugit inquit: opes ſunt nobis cauſa malorum:
Diues erat pauper maluit eſſe deus.
Regulæ minorũ orige.
C ontigerat ſyluas, ſemotaq; luſtra ferarum:
Ergo quæ lædunt, abijciamus ait.
C orporeq; imprimis precioſus cedat amictus:
Q uicquid & ad cultus criminis ante fuit.
C auſa mihi erroris deponite vincula plantæ:
Iteq; iam nudi per loca nuda pedes.

Q uiq; vagi circum funduntur colla capilli:
Tempora ſint circum parua corona mihi.
M ore meo agreſti capiti tollatur amictus:
Tortilis in nodos cingula funis eant.
N e ue mihi poſſit nomen quoq; voce nocere:
Dictus Ioannes non ero, francus ero.
E t quia menſa trahit: trahit & nos potus ab ara:
Nota ſit vt primi ſic quoq; cauſa cibi.
P ræbeat herba dapes, currentia flumina potum:
Antra domum, ſtudium ſydera, ſaxa torum.
D ixerat: & lætus paucis viuebat in antro:
Ordinis & factus cauſa minoris erat.
Venit in exemplum: ceperunt iura miniſtri:
Inq; habitus toto corpore ſanctus erat.
S ic mores venere pij: ſic ſydera curæ:
Hac via ad Elyſium lege reperta fuit.
Q uo fugit heu, ritus? mutarunt ſæcula factum:
Peneq; receſſit ſanctior ille furor.
S cilicet & longo pietas corrumpitur vſu: Corrupta minorum regula.
Moribus & ſanctis longa ſenecta nocet.
N am quibus ah, fuerant ſoleæ ſatis ante ſalignæ:
Molliter in plantas rurſus aluta redit.
E xquiruntur opes, & equus, torus vnus et alter:
Atq; placet rerum commoditate frui.
A era manu tangunt, paupertaſq; illa receſſit:
Si placet, ad fratres iam precor illa redi.
D icta quoq; ipſorum patientia filia fratrum:
Hei mihi, quam raros nunc habet illa patres. Reſtó regulæ Cappucinos vocát
S ed quo culpa ruis? iam mos, reuocatur et ordo:
Numineq; hoc factum credimus eſſe dei.

S tant pede, ſed nudo, lana fit acutus amictus:
A tq; placet ſquallor, tectaq; plena ſitu.
M enſaq; ſunt frondes: potus quaſi fluminis vndæ:
Et mendicatus, panis in ora cibus.
V aſa rubens tellus: hirſutæ ſtragula pelles:
Nudaq; arenoſi fluminis vlua torus.
L iuor & vt latret, reuocata eſt vita minorum:
Grataq; principibus, numinibuſq; manet.

Pleiades ori. auſter flat

¶ Hinc vbi iam radios Hyperion ducet ab undis:
Aureaq; igniferos ad iuga iunget equos.
I pſa licet pluuio lux humida palleat auſtro:
Pleiades vtq; micent non tamen imber erit.

Vēti mutantur aſpera ī mari fit hyems.

¶ Aſt vbi iam pleniſ. veniet lux vltima nonis
Idibus & non dū fulſerit orta dies.
M ane deum matris cœlo exoriente corona:
Cuncta quibus ſubſunt, agminibusq; petunt:

Innūdatio Tyberis nec diis parcit.

F latibus æolij mutant ſua limina venti,
Q uiſquis es, in portum qui mare findis, abi.
I lli vt mutantur, ſic mutant æquora fluctus.
Nec facies horum eſt vna, nec vna maris.
¶ Q ui capit a nonis venientes lucifer idus,
Hunc Romane caue, fluctibus ater erat.
S iue quod exceptis iratus ſordibus, amnis
Intulit vltrices in loca nota manus.
S iue quod heſternis veniebat ab imbribus auctus:
Lux erat in fatis hæc quoq; Roma tuis.
S cilicet in proprium conuertit cornua vulnus:
Deucalioneis ille ſuperbus aquis.
E rgo per arua furens torrente potentior omni
Turgidus epotis magna ſonabat aquis.

Cum ſtabuliſq; pecus, ſyluaſq;, & ſaxa trahebat:
Vorticibus denſis flexus ab amne latus.
Tectaq; deijciens, per templa ruebat, & aras:
Agmine damnoſus fluminibusq; ferox.
Atq; deo inuito, cœloq; iratus, & vrbi,
In multis æſtu trux erat ille locis.
Illaq; mugitu implebat, terrenſq; fuganſq;
Liber vt in ſeptis taurus arena tuis.
Pars pede, pars celeri quærebat cedere cymba,
Pars ſua clamabat, merſa quod amne domus.
Pluribus heu colles, & culmina tecta fuerunt:
Aedibus obſeſſis vel via pontus erat.
Pro populo piſces tractus habuere viarum
Faſq; erat in media lintribus vrbe vehi.
Interea, ſuperante ſuis incurſibus amne,
Gurgide ab iniecto diripiuntur opes.
Alta quidem quondam vix duro victa ſub hoſte
Roma, per excidium tam fera damna tulit.
Talibus Aeacides, conuerſa viribus haſta,
Oppreſſit phrygias ad Simeonta manus.
Deniq; diffuſas ſibi ripa coercuit vndas:
Additus & faſtis lucifer ater erat.
¶ More tuo exceſſus tulerant iam Nile tabellas:
Alteraq; in roſeo venerat axe dies. Os ceti
Quum modo quæ cœlo tulerat radiantia Cetus occi. matutino.
Roſtra, ſub æquoreas illa ferebat aquas.
¶ Tertia vbi aſpiciet prono fugientia mundo Autũni
Sydera, res radijs reſtituetq; dies. medium.
Pomifer autũnus ſpatio ſe diuidet æquo:
Par & præterito quod venit illud erit.

Aries occidit

¶ Dux quoq; lanigeri gregis illo tempore cœlo
Cedet, & Oceani vellera tinget aquis.

¶ Quã bene Roma tuus ceu miſſus ab æthere paſtor
Tunc & commiſſas ſanctus habebit oues.

Creatio Pauli. p. m.

Scilicet vt laſſis poſſet ſuccurrere rebus:
Pro grege iam pridem numine lectus erat.
Nam vix grande ſenex penetrale intrauerat: inde
Reddita quum vox eſt, vrbs habet alma patrem.
Atq; mora optatis nocte eſt non amplius vna:
Amplius amiſſas ne quereremur opes.
Ergo ſuos currus Phœbus properantius egit
Gaudiaq; ad rerum præcipitauit equos.

Auctus ab eo Senatus.

Cernite iam dignis quã nunc tribuantur honores
Paceq; Maieſtas quã quoq; magna redit.
Nempe tuus titulus rerum eſt menſura tuarum
Ocia dum terris, ocia reddis aquis.

Paulus græce quietus dicitur.

Fratribus è geminis hinc Paule es Tertius idem:
Nomen & hic, claues tradidit ille ſuas.
Nullus enim poterat moderantius æquore tanto
Ad portum Cymbæ tradere vela tuæ.

Domus digna põtificatu.

Te penes imperij diuini cura manebit:
Hæc tua digna domus frena tenere manu.
Cœleſti interea mente hæc dum ſancte gubernas:
Et te Roma decus ſanguinis eſſe putat.
Felix terra diu, ſerum te cernat Olympus:
Natalemq; tuum nunciet ara frequens.

Sol in ſcorpione

¶ Idibus è toto reſtant tres ordine luces:
Scorpius & mediæ de tribus optat iter.
Triſtia defflebat Pharios Iudæa per agros:
Vera canam, dictis fabula nulla meis.

Fas vt erat magnos deducere monte capellas:
Atq; humiles reges tunc habitare caſas.
Forte greges viridi paſcebat gramine Moſes:
Rureq; mulcebat carmine doctus oues. Moiſis oſtētū de igne rubi
Ecce polo rutilas vidit deſcendere flammas:
Inq; ipſum labi, conuoluiq; rubum.
Augur erat: quercus ſit vt recubabat in vmbra:
Surgit humo prudens, prodigiumq; notat.
Proximus accedit, ſpectatq;, ſtupetq;, vidēdo:
Siſte gradum ſubito quum facis ignis ait.
Siſte gradū repetit (flāmā prope venerat ille)
Sacra deo, hæc nudo eſt terra adeunda pede.
Conſtitit admonitus, ſoluitq; hic vincula plantis:
Fitq; prope, at vultum tendere flamma vetat.
Quod licet in gremio frontem deponit, et ora:
Quodq; petis dixit, te rogo flamma mone.
Tunc ea ſcis inquit, mea plebs Nili errat in agris: Ignis loquitur Moiſi.
Tuta ſit vt per te regis ad ora veni.
Dicq; deum timeat, dic noſtris conſulat aris:
Summaq; ſit populo parcat ut ille meo.
Mollieris dictis: iuga ſint mihi proxima templū:
Thura quibus flammis, & bouis exta dabis.
Finierat: ſignum uerus da credar ut inquit:
Dic ait, in dextra quid tibi? uirga refert.
Proijce: proiecit, proiecta exiuit in anguem: Virga Moiſis ī anguem.
Accipe ait, cepit, uirgaq; ab angue redit.
Conde manū gremio, iuſſum facit: attrahe dixit:
De gremio putrem rettulit ille manum.
Conde iterū dixit, cōdit, rurſum extrahe, traxit:
Reddita quum proprio dextra nitore fuit.

D icta recuſabit, hæc dixit ſigna mouebunt:
Primaq; ſi renuent, vota, ſecunda dabunt.
D ixerat: in tenues quum flamma euanuit auras:
Reſtitit & viridis, ceu rubus ante fuit.
V eſper erat, longis clauduntur ouilia ſeptis:
Obuius & fratri mane peracta refert.
R egis ad ora abeunt: Pharaonis nomina regis:
In ſuperos quo non durior alter erat.
V t venere ferunt mandatum, ſigna requirit:
Tunc ſic ille, deo ſi datur ara, dabo.
A ra ſed hæc mons ſit, non fallam rettulit, ara
Mons erit, à ſignis ſi mihi verus eris.
P roijcit hic virgam, tortum formatur in anguem:
Abnuit, è gremio rettulit ille manum.
R iſit facta ferox: dum ridet mandat adeſſe
Hæc dare qui magico carmine doctus erat.
C ondiderat dextram, pariterq; retexerat illam:
Facta eadem & vera viſa fuere fide.
I ecit ut hic geminas uirgas, riguere dracones:
Iecerat hic unam, deuorat una duas.
I ra ducem tetigit, rubuitq; hoc omine uinci:
Vota negat, Moſes ſit deus ultor ait.
V ix ea finierat, quum ſummi uertice cœli
Conſtitit, & terræ protulit iſta deus.

Deus alloquitur terram.

H is ego te manibus tellus ſi mole redemi:
Cumq; feris, montes, fluminaq; ipſa, dedi.
V t colar, & noſtras non deſint exta per aras:
Liberaq; ad ſanctam gens mea pergat humum.
Q uæ moueant diri præcordia ferrea regis
Monſtra feras: monſtris ora nec una dabis.

Dixerat

Dixerat, a dicto Nili ſeptemplicis alueus
Fundit aquas, fuſis terra madeſcit aquis. | Feræ cō tra Pharaonem.
Inq; modum matris, diuerſas concipit intus
Imbre feras: culices hæq; fuere prius.
Admiratus erat, duruſq; irriſerat illos
Rex, deus & dixit nomen inertis habet.
Quū ſubito diri ſinuoſis orbibus angues
Attolluntur humo, regis & ora petunt.
Spectat, et heus cedens vos dudum vidimus, inquit,
Rurſus humus nixa eſt: Scorpius ortus erat.
Proſilit in regem letalis acumine caudæ,
Ille timet, motus iuſſa timore facit.
Tunc deus en regem commouit Scorpius, inquit:
Paruit & tellus, monſq; fit ara mihi.
Fas vt erit, rerum fieri monumenta iubemus:
Vix ea, quum cœlo tranſtulit ille feram.
Atq; vt erat regi metuendus Scorpius: illic
Sic ſibi bis ſtellas quinq; nouemq; tulit.
¶ Proximus ætherias vbi curru aſcenderit arces
Phœbus, & in nitidis aureus ibit equis. | Dies triſtis & nubilus.
Ora licet cœlet condatq; in nubila vultum:
Non dabit è cœlo, quas minitatur, aquas.
¶ Roſcida Tithoni rorare vbi cœperit vxor:
Pictaq; luciferis frena dabuntur equis. | Piſcis ſeptentrionali. oc.
In mare proſiliet geminis de piſcibus alter:
Nataleſq; ſuo more natabit aquas.
Eſt ſed vter quæris, non eſt hic proximus auſtro:
Vt taceam qui ſit: iam puto notus erit.
¶ Candidus auratos radios quum effuderit orbis:
Aurora & bijugis vecta redibit equis.

Coxa ſiniſtra virgi. veſp. occi.

S i quis erit, læuam qui coxã in virgine quærat:
Dicet heri micuit, hac latet illa die.
Hinc vbi ter tenebras Hyperion luce fugarit:
Cunctaq; reddiderit gentibus orta dies.

Lucæ Euangeli. prouerb. puerorũ.

E ſt pueri in Luca iam veſtra merenda caduca:
Plebs ait: indicium cui noua ficus erat.
P lebs licet hæc dicat, tamen illam ſæpe requirunt,
Atq; obſtant verbo, comminuuntq; fidem.
I nterea à ferula reuocantur mane magiſtri:
Pluſq; hoc quam dudum rapta merenda dolet.
E rgo deæ plectrum, ſtudiumq;, reſumite veſtrum:
Et noua compoſitis ponite ſerta comis.
I nq; chorũ & numerũ ſecretaq; ad antra redite:
Lux quoq; vos quoniam verſibus ipſa vocat.
E t quia ſeu leges, ſeu carmina forte placebunt:
Hic capit aonias mollis arena deas.
P ectora doctorum præcedant ſacra virorum:
Ardor ab his ſtudijs eliciendus erit.
Q uicũq; ergo illis nomen profitetur & artem
Det poſitis ſupplex thura preceſq; focis.
A t tu quem ſacri vates finxere iuuencum
Altera qui & Phœbi munera pictor habes.
I pſe mone, doctæ cur intermiſſa ſorores
Tempora, te ſtudijs adueniente, petunt.
H æc ego, mugitu quum protinus impulit auras:
Atq; oculos bouifer conſtitit ante meos.
I nq; ſuum ex illo conuertens lumina vatem.
Edidit hos placidos ore priore ſonos.
I nſtruat vnde tuum Romani conditor anni
Muſa opus, hos memori percipe mente ſonos.

V t patribus ſtudium noſtris fuit ante ſacrorum:
Sic amor augendæ relligionis erat.
M ultaq; priſcorum fuerant quæ condita faſtis:
Ad ſacra traxerunt plebe ſinente ſua.
A nte quod his igitur Q uintilis prima vacabat:
Proxima quod ſoli terga leonis erant.
I pſe ſuum ſceptrum ponebat mane ſenator:
Nec fora Marte aderant litigioſa ſuo.
Q uæq; ſuo cantu laſſarant antra ſorores:
Ocia quærebant tempore certa lyræ.
R itus ab his veterum noſtros deſcendit in annos:
Factaq; poſteritas priſca ſecuta nouis.
S cilicet alterno ſuccedunt cuncta labore:
Et nihil eſt quod non conſtet in orbe vice.
A ſpice vt hybernis veniat poſt lucibus æſtas:
Vtq; locos mutet noxq;, dieſq;, ſuos.
E rgo quod Octobris reuocabant idibus acta:
Idibus Octobris quod ſacra iuncta mihi.
P atribus hinc viſum reuocare huc tempora noſtris
Atq; mihi hos titulos, officiumq;, dare.
H inc nunc ora meam facundus ſoluit ad aram:
Inq; artes laudes eloquiumq; facit.
S tantq; mihi electi, dum mens placatur Olympi:
Curaq; fit ſtudijs me veniente nouis.
F inierat, vates te cum pictore ſalutat:
Num ne inquam & vates tu quoq; pictor eras?
N e mirere inquit, par eſt pictura poeſi:
Q uodq; manu pictor voce poeta facit.
E ſt & Homerus idem, rē ſi petis, eſt et Apelles:
Dum canit hic verſus: dum linit ille notas.

Feſta multa veterum et cōſuetudines ad nos venerunt.

Vacationes gñales qñ.

Pictura & poeſis ſorores.

S axa nec à cœlo niſi primum picta cauantur:
Hoc facit ex auro qui quoq; texta notat.
D eniq; ſi inſpicies: rara eſt ars: pingere quæ non
Viſa ſit ipſa prius quam ſibi tractet opus.
I nde mihi artifices non nulli munera debent,
Ne pateat tantum vatibus ara meis.
D ixerat, & dictis rerum quæſita patebant:
Cætera quum hac inſtans voce ſecutus eram.
V erum culta locis tua cum ſit pluribus ara:
Dic tibi in alterius cur damus æde preces?
L uce tua Euſtachius thus & Capitolia poſcunt:
Hicq; eſt cauſidicis, vatibus ille locus.
S it licet ara mihi non vno tradita templo:
Fas erat hic illa commodiore frui.
S cilicet Euſtachius prope ſpectat tẽpla Mineruæ:
Hinc & Gymnaſium eſt, ſum mediuſq;, refert.
H ic ſeu lege iuuat, ſeu carmine bella mouere:
Excipit aonias mollis arena deas.
A d Capitolinos cœli datur ara penates:
Ius quia conſcripſi: nomen & inde tuli.
H inc me Scriba colit, graditur conſultor ad illam:
Thuraq; cauſidicus iuncta clientis habet.
C onſultiq; viri aſſiſtunt: his iura leguntur:
Admonituſq; audit lecta corona ſuos.
D e ſtipe collecta tranſcripto è more libello (Oratio inter eos habetur.)
Dona ferunt faculas, interiuſq; ſedent.
O cia præterea quia vult ante omnia Phœbus:
Paceq; compoſitos & ſine lite dies.
G arrula ſollicitas exercet Curia cauſas:
Verbaq; clamoſi litigioſa fori.

F as, qui lite latrant, & qui ſub Apolline cantant:
In lare diuerſo tradere dona fuit.
C era piperq; datur, tetigiſti munera quando,
Cur dent illa tua dic quoq; quæſo die?
H æc ego dicebam quum ſic mihi rettulit ille:
Hæc quoq; erit dubia cognita cauſa tuo.
C uria amat reditus: ſibi quid ſit & vtile quærit:
Principijſq; ſuis omina læta petit.
I anus mella dabat, dabat æs ſit vt omen in illis:
Cum veniat primis faſcibus ille dies.
M enſe tribus terno repetunt ſua dona ſecures:
Et proprias illis exhibet ara preces.
À Iani ergo omen capiunt hæc facta calendis:
Vſus & incepti muneris inde venit.
C eraq; pro melle eſt, & quæ ſunt addita ceræ:
Auſpicium & capto munere quiſq; facit.
D et licet ipſe inito quoq; munus honore ſacerdos
Cauſa erit hæc donis debita ſola meis.
F inierat, quum ſic ego vulgi verba putabam:
Audieris, veris proxima nempe putes.
C era ait eſt lucrum, lucrum ſibi Curia poſcit:
Ora piper mordet, lis quoq; mordet opes.
S unt qui pene eadem (quãquã tua dicta probemus)
Addant, vera, ioco, nec minus eſſe ferant.
S picula apes & mel geſtant, cum melle locuti
Cauſidici à tergo ſpicula ſemper habent.
D eſieram, riſit, ſed tu quia pictor es inquam:
Factaq; ſunt animo cognita priſca tuo.
C um ſcelus ante foret, depingi templa figuris:
Parq; deo, candor ſtaret in æde dei.

Cã boni ominis ad lucrũ dantur munera.

Iocoſa dicta ĩ cauſidicos.

Imagines euã. in arce templi.

C ur modo pinguntur: tholus & qua tollitur aræ:
Bis duo cur eſtis: cur ue biformis honor.
A nte coli patres dixit: vetuere figuras:
Nemo quod humani viderat ora dei.
Imago Saluato. F ugerat Herodem cum nato mater, & ad te
Imago virg. Venerat Aegypto Nile beate tua.
I am parat vt redeat, rediture in tecta paranti
Q uum pharium matri talia vulgus ait.
C ernere vt abſentes liceat, nec abeſſe putemus:
Fas ſit in effigie numen vtrũq; coli.
D ixerat, aſſenſit geſtabat candida natum:
Cepit ab his vultus vna tabella duos.
O ccidit obprobrio crudelia funera paſſus:
Iſta pia illachrymans quum mihi mater ait.
S cis quam grata tibi fuerint mea munera Luca:
Q uam quoq; ſis docta tu ſcio & ipſa manu.
S i didiciſſe potes per me tot ſcripta magiſtram,
Q uodq; deum peperi: nuncia quodq; tuli.
Picturæ vis. S ola habet vt minuat longos pictura dolores:
Matribus & natos reddere ſola poteſt.
P inge meum: abſentis ſatis eſt ſi ſtabit imago:
Hei mihi, ſic etiam quam graue vulnus erit.
C eram ego complectar pro nato, atq; oſcula figam:
Et dicam inſpicens tu mihi talis eras.
H aſq; manus, hoſq; ipſe oculos, hæc ora ferebas:
Hæc ſuberat flauæ barba biſulca comæ.
S ic digitos tollis, nec veſtis diſſidet ipſa.
Raraq; velabant ſic quoq; vincla pedes.
T alia dicebat, pingebat talia dextra:
Perq; meum partes læta probauit opus.

Mox & ab aſſumpta eſt reuocata coloribus a me
Fratribus: et per me plurima picta locis.
Quod dea permiſit, deus eſt quod deniq; paſſus:
Approbat hoc pietas: poſteritaſq; facit.
Viſa mouent animos, & quos non littera tangit,
Picta trahunt: faciles alliciuntq; preces.
Bis duo erant Moſi, ſcripſit quum carmina, teſtes: Euāgeli. quatuor teſtes.
Per totidem natus virgine ſcripta probat.
Siſtimur in ſumma picti teſtudine templi:
Par locus hic, cunctis vt pateamus, erat.
Vna tamē ſtudium monſtrat: forma altera vultū:
Iuſſit vt exilium cui ſua Pathmos erat.
Nanq; Helicona ſacris de cœlo, aſtriſq; ſopore
Vatibus ille tulit: materiamq; dedit.
Hinc mihi formoſus tollit ſua cornua taurus: Imagines allegoricæ Euāgeli.
Victima quod cecini cur deus ipſe foret.
Cui iuba magnanimi fulget ſtellata leonis:
Scripſit vt hic Stygio victor ab orbe redit.
Altius humanis quia fert veſtigia terris:
Qui venit, hunc ales tollit adunca Iouis.
Vltimus ætherei recitat cunabula partus:
Cumq; deo puero, pene fit ipſe puer.
Sic quod mente vna ſumus hæc diuerſa ſecuti:
Quas colitis formas tradidit ara duas.
Dixit: & in ſumma ſedit teſtudine templi:
Deq; mihi totidem, quot canit, vnus erat.
¶ Deciderat cœli madidus vindemitor axe, Vendemitor occidit.
Inq; ſuum ſeptum paſtor agebat oues.
Atq; breues lintres fumoſa in tecta ferebant
Prælaq; erant paruis curua recepta caſis.

D oliaq; ciectis feruebant turgida ſpumis:
Nominaq; his ſtabant, ad numerũq; notæ.
Q uæq; remanſerunt ſecti fragmenta racemi
Fiebant pueris præda colona tuis.
Venatio delectat Q uum ſua depoſita tendebat retia corbe
Ruſticus, vt tenta præmia caſſe ferat.
Interea pulſis quæ lux eſt altera ſtellis:
Lupus occidit. Cernet ab his ingens æquor adire lupum.
V ſibus Aegubii fuerat mihi cognitus hoſpes,
Hac & luce domum venerat ille meam.
E xcipitur menſa: dapibuſq; ex ordine functi,
Miſcuimus multis ſeria pauca iocis.
P roxima erat multos incidua ſylua per annos
Ille ait, atq; ingens hic lupus horror erat.
N on ſecus ac olim ſus eſt Chalidonius: aris
Tunc quum caſta ſuis ſpreta Diana dolet.
R ura ſua indutus galea repetebat arator:
Sic quoq; non tutus tunc ſibi viſus erat.
V enerat armatus capulum tractabat aratri.
Perq; nouos ſulcos haſtaq; & enſis erat.
P roq; ſua virga ſignabat iugera pilo
Sumptaq; de clypeo farra dabantur humo.
I pſe ſuæ ciuis ſeruabat limina portæ:
Clauſerat et natos non minus ante lare.
S æpe quidem media prætor de lite receſſit,
Tractus ab officio ſeditione lupi.
Franciſci miraculum de lupo. V enerat huc nuper, fecit cui nomina francus:
Syluam adit, è ſylua protulit ille caput.
Q ualis in Alciden trux Cerberus agmine, talis
Iuit in aſtantem protinus ille ſenem.

Siue

S iue tamen ſuperum iuſſu, ſeu patris honore:
Sic vt erat: viſi flectitur ante pedes.
A tq; ſua cauda plectebat terga, velutq;
Delicti veniam poſcere viſus erat.
H oc pater vt vidit, rabiemq; & crimina pone
Cædis ait: dictis annuit ille uiri.
Q uodq; putant mirum, plaudit dum colla diſertus,
Surge ait, ad vocem ſuſtulit ille caput.
F rater eris dixit, cepit cognomina fratris,
Addidit & ciuis ſuſcipe iura, tulit.
A' ſylua, ex illo, tota eſt exceptus ab vrbe:
Fitq; nouus pueris, virginibuſq; iocus.
I am ſua bis Phœbus per ſigna reduxerat orbem:
Vua bis & fuerat biſq; peracta ſeges:
Q uum cadit hic morbo, ciues doluere cadente,
Huncq; gemunt, lachrymis nec modus vllus erat.
I udicis ora tacent, nec feſta theatra patebant:
Facta deum tangunt, fertq; ſub aſtra lupum.
A ſpicit hunc populus, lachrymaſq;, et triſtia, ponit:
Noſtraq; adhuc cœlo viuere turba putat.
F inierat, ſurgit, ſurgenti candide dixi
Di dent in patria tempora longa tua.
¶ Hac quoq; ſũma Hyades ponti vada luce ſubibũt:
A'q; illis pleno hic ore bibentur aquæ.
Q uiq; flat à gelido Borea nigra nubila ſurgent:
Horridaq; ex illis æquore fiet hyems.

Aquilo flat, fitq; in mari tẽpeſtas.

¶ Non ſit at illa licet, quæ tertia tempora poſcit:
Sole nitens orto Libra mouebit aquas.
¶ Ter iubar æthereo quum Phœbus ab orbe reducet
Loraq; ter dederit curribus inde ſuis.

Pes dexter gallinæ ori.

LL

C rure cohortis auis, ſeu mas, ſeu fœmina, dextro
Tollitur, at mas eſt, mandat vt ipſa fides.
M orte Cephas dixit peragam tua iuſſa magiſter
Si ſit opus, potius quam tua facta negem.
T unc ait ille, ter hæc fient mendacia fient:
Ante auis hinc tibi quam nunciet ore diem.
C aptus erat, ſequitur ſpatioſa per atria captum:
Terq; negat, volucris nuncia lucis erat.

Gallus ex ære ī Thomæ apoſt.

A udit vt ille, memor ducens ſuſpiria, fleuit
Sydera (adhuc terris Aenea) cepit auis.
A nte licet cœlum criſtatus adiuerit ales,
Hanc cauſam hæc ætas ſyderis eſſe putat.

Criſp. et Criſpi- niano.

℄ Tertia lux oritur, da pellibus ocia Cerdo:
Præcipit hæc curis æqua Minerua tuis.
Q uod dabat illa tibi placato numine quondam:
Fratres hoc aris illius æde dabunt.
N am ſuper ara illam ſacra eſt pietate duorum:
Apta preci: ſed non ambitioſa focis.
Q uid dedit hanc illis, cur ſunt tutela ſuorum:
Non caret ad cauſam viribus illa ſuis.
N āq; dei nutu, commercia ſancta ſecuti,
Ambo Roma tuos incoluere lares.
F orte receſſerunt: ars diſcitur, vſus ab illa eſt:
Cum miſer illorum pauper vterq; foret.
A pta peregrini faciebant vincula plantis,
Vtq; exacta his ars ſic proba vita fuit.
I bat ad hos multus de multis partibus hoſpes:
Hi clam iura dei magnaq; facta docent.

Arte ſua trahebāt alios ad fidem.

A rtificeſq; aderant conſtanti pectore cœli
Q uaſq; tegunt plantas ad ſacra noſtra trahūt.

A udit vt hoc liuor, furit, & ceu pellis ab illis
Scinditur, in partes diuidit enſe cutem.
Q uæq; homines traxit cœleſti ſubula filo:
(Ceu ſtat adhuc) digitis fixa cruenta fuit.
I lla quod his cœlum dedit: ars quod repperit aram:
Protegit artifices frater vterq; ſuos.
Et ſocios audit, nec inania vota relinquunt:
Q uiſquis, ſi puras tendis in æde manus.
I llis ergo dabis fumoſum thuris honorem:
Seu fueris captus numine, ſiue comes.
I unge precem: iuncta fient bene vincula plantis:
Et veteri Tichio par eris arte tua.
R ore igitur ſparſus mihi crimina demite fratres,
Q uālibet & doctas dic date in arte manus.
L ucraq; non deſint, nec deſint tempora lucris:
Et valeant cubiti, diſſiliantq; frequens.
Q uæq; polum vobis habitandum tradit & arā,
Traijciat digitos ſubula nulla meos.
N ullus & in dentes deſcendat frigore torpor:
Dum trahitur pellis, decutiturq; luto.
V erba dedi emptori: pro pelle eſt ſubdita pellis:
Raraq; ſunt ſoleis tradita fila meis.
S i qua etiam vobis periuria facta citatis:
Omnia per fluctus irrita ventus agat.
T alibus à dictis paruæ ſtipis adijce munus:
Reddat vt hoc auctum quæ calet ara tibi.
V idi ego qui fecit, paruo poſt tempore ditem.
Lucra per & doctas continuiſſe manus.
¶Feceris & cernes faciem non aeris illam,
Grata erat heſterna quæ tibi forte die.

Societatis ſacrū cerdonū preces.

Arcturus occultatur.

N e mirere, Vrſæ qui à cauda nomina cepit,
Totus in æquoreas præcipitatur aquas.
Aeris cõuerſio ad frigus. I ncipit & mordax ſenſim ſuccedere frigus
Seq; tepor cœlat, pene ſequente gelu.
¶ Phœbus vbi eois nitidum reuocauerit ortum:
Plenaq; per terras omnia lucis erunt.
Serpẽtarius ĩ fi. Pau. ap. ori. mat. A ngue manus nexas ſublimis ab æthere tollet:
Sydere qui lapſo pectora vertit equo.
E rgo vbi iure nouo poſitis iam fortibus armis:
Lege placet ſuperis eloquioq; ſuis.
N ubibus abruptis miſſaq; ex æthere flamma,
Audito qui iam numine mitis erat.
A nte ait enſe manus, verbo os iam fulminet, agnus,
Dicar ab angue, inquit, corripuitq; viam,
I am tuba erat populis: teſtis ſit ſapphica Lesbos:
Hoſpitis optatos quum ſubit ille lares.
S enſerat hic anguem, populis, quem ſenſerat, idem
Arte domat: ſacro profueratq; ſono.
Imago Pau. ap. per fora vecta cũ anguibus in ſydus Q uum deus hunc velo geſtari immanibus hydris
Pictum, perq; vrbes, & fora multa, videt.
A tq; inquit: ſtygium frenaui morte draconem,
Læſerat humanum qui prius ore genus.
H ic ne tentet idem, mortalibus edidit artem:
Tollitur & medio cinctus ab angue foro.
C edant priſca meis nec ſint mendacia ſtellis:
Deq; polo hic nexas porrigat angue manus.
D ixerat, & cœlo ſerpentem vt forte tenebat
Serpẽtarii nomẽ accepit. Sydus agit, formæ nũc habet vnde notã.
V tq; locum ſeruent: qua ſigna Coronide natus,
Ceperat, hac ſtellis ſplendet vterq; ſuis.

¶ Proxima lux Veneris tumulis ieiunia præbet: Ieiunia pro deſū ctis.
Manibus vt fiat munere terra leuis.
¶ A' ſue cui ductum nomen fecere latini Succula cū lepo re occi. ſit pluuia gelida.
Eſt ſed Hyas verbo Græcia docta tuo.
Tunc etiam Leporis ſociatum ſydere ſydus.
Occidit, & gelidas æthere fundit aquas.
¶ Vltima lux menſis de more recedere Cancri Si. et Iu.
Si volet, oſtendent tempora quarta notam.
Fratribus altorum ſuperum nam è gente ſuorū
Ad ſacra quæ tunc eſt, ara duobus erit.
Forte vbi ſit poſcor, nota eſt non omnibus illa:
Sæpe ego quæſiui quo foret illa loco.
Qua patet: in nautæ ſua tollunt corpora templo:
Hic vbi nunc viuax hoſtia nomen habet.
Paruit bis Erebus: natis ſuccurrite matres:
Omnis ab illorum nomine, noxa cadit.
Nanq; olim vt faciunt, curant ex orbe ſilentum:
In nos ne nocuos Styx ferat ima deos.
Hoc quoq; vt in nubes non ſeſe colligat aer,
Tempore, tempeſtas præparat, atra minas.
Expulerant vmbras ſimulachris voce nocentes:
Cultaq; de templis numina vana ſuis.
Hoſtes ira mouet, ſonuere tonitrua cœlo:
Templaq; fulminibus diſſiluere ſolo.
Fortiter hi contra tenuerunt pectora fraudes:
Atq; illis regnum ſubripuere fide.
Facta q̄d hæc tunc ſunt, redeūt pſæpe quotannis,
Atq; dies fraudis ſit memor ipſa ſuæ.
Quaſq; olim ſolita eſt demittit ab æthere terris.
Inſolitas pluuiæ triſte ſonantis aquas.

Corona incipit occidere]

¶ Luce ſequente Polo cœlabit virgo coronam:
Reddere quam è templo mox parat ipſa ſuo.
N am mediam tollas ſi lucem habet altera verum:
R eſq; fidem dictis mox dabit ipſa meis.
C elſa quidem diuū atq; operoſis poſtibus ædes
Igne coronatur ſubſtruiturq; face.

Lyræ tē ſtudo oritur in ſi. Dauidis

¶ Tunc etiam tempus lyra poſtulat: ergo coronam
Ponite Pierides & date fila lyræ.
F orte puer ſolers ieſſeo ſanguine natus:
R ure ſuas Dauid cum ſequeretur oues.
M ane pede intacta teſtudine reſtitit, aufert:
Nerui inerant: pulſat, reddidit icta ſonum.
P lectra mouet, neruis tanguntur fila ſonoris:
Stat Phœbus, doctæ conſtupuere deæ.
A t numeri mentem pueri ſacer impetus intrat:
Dignus & is iam tum nomine vatis erat.
D icitur incuruæ primus fidis ille repertor:
Fama fit: interea carmine mulcet oues.
A eger erat Saulus, furijſq; agitatus iniquis:
Q uiq; iuuet certa non erat artis ope.
A udit vt hic pueri demiſſum ex æthere plectrum:
Q ua releuet mentem carminis optat opem.
I t puer, excipitur, magnis placet ædibus idem:
Et gratus triſtem ducitur ante ducem.

Primus honor Poetarū

P rima poetarum cura eſt tunc regibus ille:
Hei mihi, temporibus quam procul illa meis.
I ncrepat ergo lyram: mollit: lenitq; furentem:
Armiger emeruit cognitus eſſe ducis.
L audat facta deus: vatemq; tuetur ab hoſte:
Mox ſibi vt æternum vaticinetur opus.

Indeq; quo fierent monumenta perennia facti:
Scande inquit cœlum iam lyra docta meum.
Dixerat, hæc, quum qua ſe tollit vertice mundus.
Quot fuerant muſæ tot tulit illa notas.
¶ Veſper adeſt templo face lucet picta corona: Vig. omniũ San.
Nec mea mendaci carmine muſa fuit.
Eſſe putes ſtellas: quibus hic pulcherrima virgo
Cincta Ariadneo ſydere nocte micat.
Qualis vbi expulſa Phœbe fert cornua nube,
Septa aſtris, talis ſtat face ſcepta parens.
Qua reſupinus agis tua lumina, lumina ſpectas:
Spectantemq; iuuant, inijciuntq; moram.
Quot tñ hæ flammæ, tot numina adeſſe putamus: Ignes in templo quod cœlo cõparatur.
Cũq; his aſtamus, ceu fruimurq; polo.
Sydera vt ille gerit, templũ hoc ſic continet ignes:
Quæq; illi, huic ſpatij forma rotunda manet.
Porticus erecta eſt immanibus alta colũnis:
Stantq; ſuo nexæ culminis ære trabes.
Moleq; ſublimi creſcunt faſtigia templi:
Aenea qua cardo eſt limina vaſta ſonant.
Haud aliter cœli cum magno celſa Tonante
Crediderim ſummos tecta tenere deos.
Itur: & accenſam vigilatur nocte per aram:
Cum diuis, de re, lux habet vnde notam.
Interea nuptæ, atq; innuptæ ex æde puellæ Præcipit vt caſte in nocte vigiletur.
Dum redeunt: votis parce iuuenta tuis.
Nec minus, eſt ſi vis, pia dum delubra ſubibunt:
Fas erit os, & fas continuiſſe manus.
Cernite vt ad tractus non ceſſat turba viarum:
Vtq; deæ aſſiduas fert pia nocte preces.

Ardenteſq; faces hic ſolis ſpectat ad ortum:
Miraturq; illiſcedere luce diem.

Statio s. Grego. i capit. p. 9. dies.


¶ Sed parat ecce faces anus, atq; in harundine prona
Te petit, à Stygia qui prece tollis aqua.
Nec ſemel vt faciat cautum eſt, nam lucibus illa
Hoc vt agat ſupplex cogitur ire nouem.
Cum totidem docti patefiant fana parentis:
Illius et totidem manibus ara litet.

Mutatio capparũ.

¶ Rebus ineſt caſus: non vno ſydera vultu,
Nec facies ſemper temporis vna manet.
¶ Alba petunt ſacri, rubra ponunt pallia patres:
Quodq; vocant cappas, lux ſibi nomen habet.
Sit tua tritá licet, menſiſq; liberq; receſſit:
Mutes hic cappam tu quoq; muſa tuam.

Explicit liber Decimus.

SACRORVM FASTORVM LIBER VNDECIMVS.



In hoc menſe Nouembri, à nono numero de anno Romuli dicto, numerus verus verior verificatur in nono angelorũ ordine, & in nono numero Cœlorum, quibus ſacer eſt, & à quibus omnes ſancti ad eorum commune feſtum, quod in huius menſis calendis in Pantheo eſt, deſcendere creduntur. Tutela olim Dianæ, nunc Andreæ apoſt.

NON *minus à* Martis *deductus & iſte calendis*
Alterius numeri nomina menſis habet.
C *ũq; ſuis breuibus moderatur tẽpora luſtris.*
Et prope te carpit ſancte December iter.
N *ec Ianum ancipitem, aut vmbras ſibi quærit auorum:*
Contentus nona ſemper vt ante nota.
Q *uare ſi priſci ſeriem ſpectabimus anni:*
Sat liquido eſt, cur hoc nomine dictus erit.
A *t tua reſpicimus Numa ſi quoq; tempora: menſis*
Proximus hic decimo eſt: poſt decimumq; prior.
I *nterea vt ſolito ſpatium terat orbita curru:*
Metaq; in aſſueto puluere verſet equos.

MM

Quæ ſit parte ſacer noſtro canat ordine Clio:
Sic vt ab hirſutis hic quoqȝ diſtet auis.
Iam deus in partes rerum digeſſerat orbem
Atqȝ ille exacto corpore totus erat.
Quum foret effigie poſſeſſor vt ipſe deorum
Rectum hominem è prima ſurgere iuſſit humo.
Sic is vt vnde venit, cœli ſpectator adeſſet:
Artificemqȝ ſuum noſceret eſſe deum.
Nouēb. ſacer cœlorū numero. Ergo quod hic, vaſtus rotat hæc qui corpora, mundus
Orbibus à nonis vndiqȝ cinctus erat.
Prudens quodqȝ deus ſpectacula tanta recluſit:
Nos ad quæ ipſe ſui cognitione trahit.
Ordine poſteritas memor huius facta polorum
Præcipit vt ſanctus rite Nouember eat.
Orbeqȝ de nono cœleſtes ſacra ferentes,
Munera in hoc prima iuſſit habere die.
Sed quoniam hinc ſuperos illinc quoqȝ reſpicit imos
Exigit & partes pars ſibi quæqȝ ſuas.
Dum ſua quæ priſco, quæ noſtro nomina feſto,
Vnde ara eſt, transfert cur quoqȝ ſacra, cano.
Fas vt erit, ſuperi, nonos qui ducitis orbes:
Iure prius veſtri menſis, adeſte mihi.
Cum non dum tereret verſatas machina fruges:
Adqȝ illas ſaxis addita ſaxa forent.
Eſſet vt inde cibus frangiqȝ in marmore poſſent:
Alternaqȝ Ceres cederet icta manu.
Stultorū vetus feſtū. Ignibus indocti torrebant farra coloni:
Subiecti poſitis ignis ad illa focis.
Credita ſuppoſitæ fallebāt munera flāmæ:
Sæpeqȝ fiebant ſordidus illa cinis.

Hæc ne dãna ferant, ne ſint incendia tectis
Vreret his ignis cum quoq; ſæpe caſas.
Facta dea eſt illis ſed ficto nomine Fornax:
Temperet vt tepidos frugibus illa focos.
Curiæ erant, parochi titulis hæc nuncupat' ætas
Quiſq; deæ in propria debita thura dabat.
Cum ſtata non eſſent ſacra: certis Curio verbis
Indicebat: erant per fora ſcripta tamen.
Parſq; quod agreſtum propriã non noſceret: inde,
Nomina ſunt feſto tradita ſtulta deæ.
Plebs etenim imprudens, dum quæ ſit Curia neſcit:
Errabat ſacri cognitione ſui.
Ne tamen hic error toto perſtaret in anno:
Parte extrema aris thura relicta dabant.
Stabat adhuc vſus: firmarunt tradita patres: Impru-
Verteruntq; focis facta vetuſta ſuis. dẽtiũ ve
Vt ſi ignara ſacri pars vulgi erraſſet in anno: tus cõſue
Feſta ſit errores quæ leuet vna dies. tudo huc relata.
Siue igitur ſuperi cœli quia limina ſeruant:
Atq; aditum præſtant: conciliantq; deo.
Seu quia quod per nos hic non explere valemus:
Cœlo explent: noſtras expediuntq; preces.
Iungere communi voluerunt numina templo:
Atq; illis vna tradere thura die.
Indeq; ſolenni deduci nomina feſto:
Vna quod his diuis omnibus ara calet.
Vt ſi turba ſacrum, ſi feſtum ſtulta reliquit:
Vna illa hoc reuocet, reſtituatq; die. Pãtheon
Venerat Ideo Romam de colle Cybelle: ĩ figu. no
Ductaq; erat manibus Claudia caſta tuis. ſtrorum ſanctorũ

Q uum mihi templa meo ponant conformia cœlo:
Ex adyto vox eſt reddita forte deæ.
I uſſa patres ſubeunt: collectoq; ære Metellus
Ponit: ab Auguſto redditur ara loco.
L abitur hæc, templum felix Agrippa tonanti
Erigit vltori, numinibuſq; deum.
T radidit Auguſto, ſi non hic tradidit illi:
Q uum genero Cæſar ſic ait ipſe ſuo.
A pta hæc ara deis (non fallimur) atq; Cybellæ:
Q uæ ſibi ſic olim iuſſerat illa dari.
P ar etenim cœlo teſtudine nititur alta:
Angulus à tota nec minus omnis abeſt.
L ibraturq; ſuo velut æquo pondere moles:
Peneq; fert faciem quam ſibi mundus habet.
V tq; frequens cœlum, conuexaq; ſydera ſpectent
Numina: perſpicuum ſumma foramen habent.
F inierat: vaſto donantur numina templo:
Tertiaq; illa deum vota parentis erant.
Q uodq; deis eſſet cunctis, quos gigneret illa:
Graium nomen adhuc ara vetuſta tenet.
V ertitur interea ritus, cultuſq; deorum:
Atq; ſacris fictis non manet ipſa dies.
N anq; ſuis tandem vt pateſiant ficta figuris:
Veraq; ſit virgo magnaq; dicta parens.
C aſta quod ediderat cœleſtia pignora partu:
Perdiderantq; ſuo cum Ioue templa dei.
A` duce ſacrorum pro virgine poſcitur ara:
Dat Cæſar: quiq; eſt tam pia dona docent.
T emplũ erat hoc ſuperum, ſuperũ dicatur vt illud:
Stet vetus & ritus, nomen vt ante tenet.

Deſcriptio tẽpli Rotũdæ quod Pãtheon dicitur.

Cybele in fi. virginis.

Delubrum interea thure vt ſacretur & igne
Ibant, luſtrales inſtituuntq; preces.
Teſtis priſca ætas, noſtra vt videre priores
Thura dei, templum deſeruere fuga.
Creta Iouem excepit, doctas it Pallas Athenas: *Fuga deorum veterum*
Ida tegit Cybelen: Iunoq; nacta Samon.
Diam & Bacchus adit: Mars Thracē: Mulciber Aetnam
Solq; ſuos Delphos, tuq; Cythera Venus.
Quoſq; mora hic longa eſt nunc dicere: at vltimus Orcus
Tartara proſciſſa cæca petiuit humo.
Vexat adhuc miſerum fugientis fabula vulgus:
Dum putat in templo ſigna videre pedum.
Ergo choro, his pulſis, ſuperum comitata nouorum *Maria Rotūdæ & martyrum.*
Celſa ſedet ſolio conſpicienda parens.
Datq; aræ hæc diuum nomen, vox graia vocauit
Teſtes, quod faſſi morte fuere deum.
Menſis erat tunc qui maiorum nomen habebat:
Reſtabantq; dies idibus inde duæ.
Ara coronatur, ceraſumq;, fabæq;, feruntur:
Vſus adhuc caſtis matribus ille manet.
Curritur ad templum: Venere per oppida gentes: *Trāslatio feſti a Maio huc.*
Meſſibus at pietas non ſatis apta fuit.
Defuerat victus, victus quia menſe Nouēbri eſt:
Hæc data translatis lux fuit inde ſacris.
Inq; ipſa diuos communi thure precamur: *Preces quales in feſto omnū ſanctorum.*
Rarus & hos hac qui non ſibi voce roget.
Seu ſtata præterij, ſeu non ſtata feſta, per annū:
Ara ue quam dixit, quam ue tabella diem.
Præterea diuum ſi dum libantur honores:
Obſtrepui medio garrulus ipſe foro.

S iq; mea imprudens fregi ieiunia menſa:
Inq; his ad ſacrum nulla ego templa ſubi.
A bluite has ſtultas ignaro è pectore culpas:
Et rapiant celeres turpia facta noti.
H acq; mihi liceat reuocare ad debita mentem,
Atq; dare extrema thura relicta die.
D icit & ex ara diſcedit: credit & idem
Luſtrari hac vna pectora ſtulta prece.

Dies mortuo.

¶ Sed iam depulſis reuocatur lucifer aſtris
Et niueos curru Cynthia ſoluit equos.
N on tamen hæc æquũ ſibi ſeruant tempora vultũ:
Diuerſæq; illud ſortis & iſtud erit.

Iuſta mortuorũ, vnde ſunt.

E rgo iuncta ſacris, cur ſint, ſic funera lætis
Hæc quoq; cum multis cauſa probanda venit.
N ox erat: & medio currebant Sydera cœlo:
Altaq; nocturnos luna regebat equos.
C lauigeri templi cuſtos forte alta ſubibat
Limina: campano tempora vt ære notet.
A ſpicit hic geminas diducto ex agmine pompas:
Obſtupuit, dux his nuncius ales erat.
Q uæq; ſequebatur turba hunc diuerſa manebat:
Altera nam læta eſt altera triſtis erat.
S ic vt erat ſtupidus, miratur facta, ducemq;
Poſtulat, hæc genius quum celer ore refert.
T urba parentali caret hæc: tenet altera munus:
Dixit: & inſtantis deſerit ora viri.
L ux ſuberat diuum cunctorũ proxima, quum ſunt
Tam pia Romano viſa relata patri.
I lle refert ducibus, ſumma eſt dare dona ſepultis:
Thura parant, tumulis inſtituuntq; dies.

F ebruus hos dederat priſcis, fuit vltimus anni: Ex parẽtalibus veterum ſunt noſtra.
Vltimus & nobis ipſe Nouember erat.
F eſta Quirini vna ſtultorum & luce colebant:
Manibus & tacitis debita iuſta dabant.
A ucta dea eſt templo, ſunt & ſolennia diuum:
Iuſtaq; erant mœſtis munera danda rogis.
T olleret vt mores vſus iam noſter auorum:
Sunt velut hæc vna continuata die.
A ltera lætitiam ſibi fert, feret altera luctum:
Inſtar & humanæ conditionis habent.
E t tũ ad luctum, placandaſq; ignibus vmbras:
Heſterna cuius panditur ara die:
G regorij templum, & tectum, numenq; putamus
Aptius, & cauſam non minus ipſe rogor.
O cciderat iuſti cultor, Traianus & æqui: Traianus liberatur
Supplitio in noſtros qui quoq; mitis erat.
V iderat illius vitam pia facta merere:
Et Stygio indigne ſic Phlegetonte premi.
Q uũ pius ante deum lachrymarũ flumine ſanctus:
Suppliciter poſito ſic ait ore genu.
S i memor es fandi, pietas ſi numina tangit:
Iuſtitiæ & ſi ſol diceris eſſe tuis.
V ictor es, & victor quã tu ſis mitis in hoſtes:
Qui te odere ſciunt: quiq; dedere neci.
O ccubat ille vmbris quo non erat æquior vllus:
Redde animam Neruæ, labeq; ſolue ducem.
R eddita erit laudi, veniãq; merebitur hoſpes.
Iuſtitiam coluit, qua duce natus eras.
F inierat, mugire ſolum ter ſentit, & Orci
Se prope tartareas concrepuiſſe fores.

Q uum ſubito inuito hoc, atq; inuita ipſius aulæ,
Cæſar ab abſciſſo ſuſtulit ora ſolo.
F lectitur ante patrem, ſupplex exclamat ab hoſte
Liberer vt ſtygio, dilue crimen aqua.
D icta facit paſtor, ſoluuntur flumine culpæ:
Aſtra petit, ſtantem deſeruitq; ducem.
Miſſæ s.Greg. F ama fit, ara preces numero ſeruantur in ipſo:
Atq; ferunt alijs, quã tibi, Cæſar opem.
I tur ad hanc igitur, totidem ſed lucibus itur:
Pierides quot ſunt numina grata meæ.
S ancta illic tellus, eadem quoq; conuenit vmbris:
In Vaticano ceu ſolet illa ſuo.
P lurima terribilis mortis ſpectatur imago
Nudaq; ſparguntur roribus oſſa ſuis.
M iramurq; hominum ſortem & nil dicimus ipſi
Nos ſumus: à dictis ſubſequiturq; metus.
A tq; cadit faſtus: fractoq; ſuperbia curru:
Proq; illis pietas, relligioq; ſubit.
A nte forem, inq; via ſtantis miſeremur egeni:
Et ſors hæc memores nos facit eſſe ſui.
N ec loca deſerimus, quæ placant lumine manes:
Diuerſis tedas ſufficimuſq; focis.
S tat ſpecus, & ſancti defoſſa cubilia ciuis:
Ire placet, tenebras ſubſequimurq; face.
Orato. s.Greg. D eq; illis, precibus iuuat huc intrare ſub auras
Reddere qua manes creditus ille fuit.
S oluimus & ſacrum interdum, legimurq; libello:
Eſt ſtipis & noſtræ, quum vacat ara, memor.
E rgo refert quum lux mortalibus orta labores:
Nox nec abit, dubia eſt nec bene nota dies.

Ille

Quod pius inferno manes deduxit ab Orco:
Quodq; animas precibus, corpora ſoluit humo.
Ad ſacra collato feralis munere ceræ:
Ciuis ſiue preces, aduena ſiue ferat.
Luce illum aut prima proprias veneramur ad ædes
Credimus & manes inde iuuare preces.
Aut ne noſtrorũ pereant benefacta per aras:
Quacunq; hos illis flebilis vrna tegit:
Quiſq;, memor ritus, ſurgit per buſta ſuorum:
Fertq; faces tumulis munera parua ſuis.
Templaq; ad inferias valuis celebrantur apertis:
Imus & ad ſeptem, grataq;, turba ſumus.
Iungit anus teſtas, & ſaxa reperta per aras:
Hiſq; locat ceras: donaq; magna putat.
Magna putat: manes ſibi nec maiora requirunt:
Quæ quoq; ſi dederis non minus illa ferent,
Sæpe quidem vidi, cum nil his poneret hæres,
Roris aqua lætos conticuiſſe rogis.
Ante ferunt violas, factasq; è flore coronas:
Hiſq; via in media teſta reperta dabat.
Iuncta Ceres fuerãt vino mollita corollis:
Farraq;, & exigui lucida mica ſalis.
Omnibus ex iſtis, romana per oppida ritus
Reſtat adhuc, Cererem ſuſcipit ara rogis.
Dantur opes miſeris: fert & data vina ſacerdos:
Muneris & priſci ſigna vetuſta manent.
Summus at antiſtes quoq; tot complexus egenos
Quot fuerãt ſancti candida membra chori:
Induit, appoſita diuino ex ordine menſa:
Hocq; memor domini eſt, quo duce numen habet.

Ritus pẽtalium noſtri tẽporis.

Panis ad tẽpla extra vrbẽ pauperes veſtiũtur

H æc nos, atq; deus, ſed ſi res tangit auorum
  Intulit Aeneas dona paterna rogis.
A nte tamen flores, facis at nunc tradimus ignes:
  Facta fere & cauſas vtraq; nacta pares.
F lamma deum genuit, anima eſt in corpore flãma:
  Viſaq; idem vultu flammaq;, floſq;, ſuo.
G audeat vt ſimili, flammas apponimus vmbris:
  Floreq; erat fictus, nunc face verus honor.
A t nos templa tenent, luſtrataq; corpora ſeruant:
  Ille memor patriæ hæc vrit, humatq;, vijs.
O cciderat ferro cæleſti ſemine natus
  Integer et tumuli marmore tectus erat.
C umq; hoc alma parens cœlũ conſcẽdit ab vmbris:
  Q uanta tamen fuerat, cœperat vrna prius.
I lle quidem in terris ſua dum præcepta ferebat:
  Nos etiam partes dixerat eſſe ſui.
E docuitq; animas in corpora noſtra reuerti
  Deq; ſuis templis ad noua iura trahi.
E xequijs carmen præbebat tibia priſcis:
  Lætaq; funereis pompa erat atra tubis.
A t nigra per vicos nocturnus funera præco
  Nunc canit, & triſtis fungitur ore tubæ.
L uce idem aut ſocijs ſed eodem more vocatis
  Hæc facit, & facti forma vetuſta manet.
I ndeq; de turri tinnitu ad fana vocamur:
  Condimus & terno corpora functa ſono.
E cce ſed æra monent, ſtat mœſtis veſtibus ara:
  Atq; ſepulchrales exigit atra faces.
C redimus hac animas in nocte errare ſepulchris
  Luce vel inuita ſed Styge iuſta ſequi.

Flores veterũ in flãmas cãdelarũ

Præco mortuo ſocio ad ſodales.

I te elegi:veſtrum eſt: imponit thura ſacerdos:
Illaq; dat tacitis,nec tamen ipſe tacet.
P er loca nam tollit victricia ſigna iacentum:
Vocibus horrendus, terribiliſq; toga.
Q uã ſit amara dies,lachrymis quũ venerit illa:
Duraq;,& ærumnis inuidioſa, canit.
T erq; eadẽ repetens cũ luctu nominat vmbras:
Circuit & tumulos:roreq; ſpargit aquæ.
T huraq; clamoſa profundit voce ſepultis:
Orat & vt ſtygijs exeat vmbra locis.
R iteq; poſtremo pacem,veniamq; precatur:
Cumq; deo æternam, perpetuamq; diem.
N eniaq; vt tacuit:tacuit lyra mœſta querelas:
Atq; elegi fletus continuere ſuos.
Q uicquid erit ceræ ſemuſtum hinc inde relictũ,
Aut ipſe,aut pueri,plus tamen ipſe legit.
I ndeq; ait manes requieſcite:tollit & aram:
Et ſacra ad inferias rite relata putat.
Q uæ quod oportet agi,lux cepit nomen agenda:
Manibus antiquis illa feralis erat.
N empe preces ſuperos placant, imoſq; coercent:
Et reddunt cœlo quæ iacet vmbra ſuo.
S cilicet & fieri hæc monuerunt viſa parentum:
Illaq; ſunt ſtygio teſte probata Ioue.
P rouidus haud longe nam cũ remearet ab Aetna
Odilius, media nocte ſilente, via.
A udijt arboribus motis ſtrepuiſſe fragorem:
In qua erat,& ſyluam contremuiſſe iugis.
C onſtitit,atq; comæ ſubito riguere timẽti:
Inq; ingens toto pectore frigus erat.

Sacrum mortuorum cum triſti nenia.

Q uum procul exoritur medijs vlulatus in vmbris
In quo viſa illi vox erat iſta loqui.
M e miſerum, ſacris manes rapiuntur Auerno:
Noſq; frequens ſpoliant vulgus inane preces.
D ixit, & in tenues paulatim euanuit auras:
Luceq; in hac factum fama fuiſſe refert.
D icta palam ſunt: augentur funeris aræ:
Eſtq; dies mœſtis non minus aucta rogis.
N onaq; quæ fuerat, pietas ſic iuſſit auorum:
Tantus honor mutis manibus ante fuit:
E ſt ea ab hoc illis: quotus eſt hic menſis: habetq;
Q uot maior verſus cum breuiore pedes.
H iſq; quod efficimus, ſacrum fert nomen ab acto:
Eſtq; illud nobis præteriſſe nefas.
V idi ego qui prauè ſolitum ſubtraxit honorem:
Haud leuiter facti pœnituiſſe ſui.
M anes nanq; ferunt vlulaſſe huic nocte p vmbras,
Prodigio & tenebris ſollicitaſſe malo.
C ircum queſtæ animæ, ſimulacbraq; oſſea fœdæ
Nocte nouis plagis ſuppoſuere virum.
P allidaq; intortis ſcripſerunt ora colubris:
Iactatumq; ſago deſeruere ſolo.
A dde quod & ſpreti mittunt inſomnia manes:
Atq; angunt media ſæpe quiete reos.
H æc ita ne fiant: & plebs quæ priſca timebat:
Annua dant ſocij thura preceſq; rogis.
C onclamantq; vmbras, quas viſit pompa per aras:
Stant & præſentes, accipiuntq; facem.
H oſtileſq; animas, inimicaq; numina, placant:
Q ueſtus vt eſt Orcus: deſpoliantq; Chaos.

Quot diebus ſunt inferiæ mortuorum.

Officiũ mortuorum.

Negligẽtiũ pœna

Animæ mortuorũ vltrices, quid agunt.

Q uodq; ſitu verſo fert tempus nomen ab anno:
Sic quod ab hoc tumulis ara redire ſolet.
¶ Interea cupidæ tedis ceſſate puellæ:
Dum ſibi non puros hæc habet ara dies.
N empe toro iunctis mors eſt inimica maritis
Suntq; ſepulchrales triſtia dona faces.
E rgo redit donec lux pura, ad limina, Neruam
Q uæ ſoluunt, nonam continuate diem.
¶ Sed cras mite lyræ ſimulachrũ ſurget Olympo:
Inferias mœſto quæ modo queſta ſono.
¶ Claudit oues paſtor, nec virginis ora videntur:
Q uæ ſibi tam claro lumine ſydus erant.
¶ Tollit vbi inſignem radiorum fronte coronam
Phœbus: & eois æthera carpet equis.
A ſpiciet toto produci nubila cœlo
Atq; hyemis terris tempora prima dari.
¶ Poſtera lux oritur, diſcedere ſydera nollent:
Deq; ſuo certant noxq;, dieſq;, loco.
C andidaq; exorto face Phœbo eſt æmula Phœbe:
Inuidet & fratri lumine pulſa ſoror.
C ernere dum certant cœleſtia ſigna coronam
Sancte tuam: lis hæc de ſtatione poli eſt.
A nte fores templi tollit ſe ſcena colũnis,
Ara patrum alterno eſt dum laterana loco.
P ergite caſtalides, veſtra eſt hic cura, ſorores:
Lux licet hæroum poſtulet iſta pedem.
S cilicet hic rerum moderamina ſera recepit:
Vrbis iam pridem cum pater ipſe foret.
C uria conuenit, tolluntur q; ordine ſigna:
Sit velut in media pompa ſtat ipſa via.

Anniuerſaria nuptiæ non fiunt.

Incipit ſtatio S. Gregorii

Lyræ ſimulachrũ mane oritur

Virgo tota occultatur veſperi.

Initium hyemis

Imbres incipiũt.

Coronatio pont. añ fores templi. S. Pe.

Q uod fiebat eũte ad lateranũ fit i foro

Quæq; ſuis triuijs per compita danda fuiſſent
Aera, premat ne vis, dat mora certa foro.
Sed ſolio ecce ſedet, linguiſq; animiſq; fauete:
Dum patriæ patri ſacra corona datur.
Vix ea: plaudebat iam fœmina, virq;, ſedenti:
Quum tonuit læuus promicuitq; polus.
Atq; nouus pòpuli peruenit in æthera clamor:
Et vaticanum ſuſtulit ora iugum.

Pecuniā dat etiā cardina.

Aes dabat is patribus: proq; ære illi oſcula proni
Dant: pariter, ſanctum ſuſpiciuntq; ſenem.
Roma ſalutabat poſt hæc ſed læta parentem:
Gaudia quod poſt tot triſtia nacta foret.
Interea accumbit, ſplendent cōuiuia luxu:
Funde coronato proxima Flora roſas.
Felici et tecum cœleſtia lilia dextra
Spargat in hunc Iris, multiplicetq; manu.
Diciteq; vt flos hic ſic illi floreat ætas
Nullaq; quæ noceant, ſentiat illa ſeni.

Pauli Pōti. felicitas.

Sit leuis huic Nereus, ſitq; aer ipſe ſaluber.
Et cœlum aſpectum, terra recludat opes.
Numine quæq; gerit ſuccedant omnia dextro:
Marſq; illum timeat, quiſquis & hoſtis erit.
Huius opus pax ſit, non illum Aſtrea relinquat:
Aſtet & huic rebus Copia læta ſuis.
Bella ſonent alibi, ſit vomere vilior enſis
Bellator tauro iugere cedat equus.
Atq; huic quem vita, diuum & pietate meretur:
Vrbis vt eſt, ſic ſit debitus orbis amor.

Eiuſdem nepotum ſucceſſus.

Sorte ſuos auctet, videat florere nepotes
Quos paluit pueros, ſpectet adeſſe ſenes.

Q uiqꝫ decus belli, iuuenileqꝫ ſydus in hoſtes
Succeſſor patris, numine fretus aui.
B ella gerit, quiqꝫ arę aſtat caput Iride cinctus
Vt taceam cœli ſigna minora ſui.
S oſpite auo viuant: domito hic ſed victor ab hoſte
Illeqꝫ adorandæ gloria ſedis eat.
P erqꝫ genus creſcant: ſed dant en vota gemellos
Addite vterqꝫ ſenex cum ſene viuat auo.
A ddite &: hac quoniam (niſi fallor) luce, lauātur
Apta hæc imperio, ſit domus apta pedo.
E t demum ò cuſtos hominum quoqꝫ dicite ſalue:
Cum quo grande placet numen habere deo.
S isqꝫ tuæ felix patriæ, populoqꝫ Q uiritum:
Cum pueris terris & data iura regas.
V rbs & vt ipſa tibi, ſic totus ſupplicet orbis:
Oſculaqꝫ adiungat, congeminetqꝫ pedi.
I lla ſed ob cultum, & ſpatia inſtaurata viarum,
Det ſignum, templis te colat iſte tuis.
H æc Flora atqꝫ Iris mecum ipſa domeſtica dixit:
E menſa larga quum dabat æra manu.
E rgo deus, cuius nobis moderaris habenas:
Hoc caput: hæc cui nunc trina Tiara data eſt:
Q uod caput eſt orbis: populis temploqꝫ reſeruet:
Præſentemqꝫ velit ſæpe redire diem.
¶ Tollitur Oceano pulſis Hyperionis aſtris:
Atqꝫ coronatus munera carcer habet.
Q uare ſancte veni, cui ceſſit cura reorum:
Atqꝫ mone, illorum cur tibi vincla damus:
D eſieram, duro ſtrepuerunt limina ferro:
Vertor ad hæc: noſtras venerat ante fores.

Gemelli eiuſdem nepotes hac die baptizātur.

Leonar. cōfe. carcerum feriæ.

H orrueram, vates quũ noſtra ingreſſus ad ora
Q uem modo cepiſti pone ait ille metum.
Q uodq; petis diſcas, ne feſti neſcius erres:
Et ſeries facti ſit tibi nota mei.
C um genus ipſe forem deductum à ſanguine regũ:
Eſſet parq; animus nobilitate mihi.
N eſcio quid furtim me ad cœli regna trahebat:
Ardore & tactus relligionis eram.
I ndeq; ſic notus iam tunc ego regius, ædes
Deſerui patrias: teſquaq; & antra ſubi.
R ebus eram magnus: maior pietate putabar:
Qua celer it Rhodanus, qua ſonat amne Liger.
H inc poſt ſacra pius viſebam carcere clauſos:
Vinclaq; ſoluebam numine ſæpe meo.
Q uodq; datum paucis, viuo mihi ponitur ara:
Figitur & poſti multa tabella meo.
Vota varia. V ſus adhuc teſtis: lapis huic, ferri annulus illi
Colla adit, hunc compes, hoſq; catena ligat.
H æc, & quæ longum eſt hic dicere, vincla ferũtur:
Atq; mihi illorum tradita cura manet.
F inierat, lapſæ rediere in pectora uires:
Illius atq; iſtis verba ſecutus eram.
O mnia iam noui, vidiq; ad templa referri
Hæc tua, & ad poſtes ſæpe manere tuos.
A ra ſed ipſa tibi cum ſit, te in carcere pingunt
Cur quoq;? præficeris num quia forte loco?
A nnuit, atq; inquit iuuo ſic quoq; limine clauſos:
Et memores fiunt numinis inde mei.
N am quoties miſeros ſubducta fidicula torquet:
Collaq; trux laqueus, truxq; ſecuris adit.

Me ſpectant capti pictaq; in imagine adorant:
De media & redeunt ſæpius inde cruce.
Compes it inde meis & vincula & annulus æris
Cumq; his, quid poſſim, picta tabella docet.
Pro tamen his inquã: duce te petit æra rogator:
Hæc data reſpondit his ego ſæpe dedi.
Dixerat incipio certis reſerata diebus
Limina viſuntur carceris, hinc ne nota eſt?
Ipſeq; ſtat prætor, cauſaſq; ex ordine diſcit:
Sæpeq; ſoluuntur his pietate rei.
Hæc ego, & inuentum noſtrum eſt hoc rettulit ille:
Legibus vt non ſit fortior ipſe dolus.
Quid non dona valent? quid non corrumpitur auro?
Iſtis ſæpe feri iudicis ora ſilent.
Hæc quia fiebant (nec nunc hæc crimina ceſſant)
Sæpe ego viſebam carceris ipſe fores.
Iudici & obſtabam, fieret ne iniuria clauſis:
Quod feci: prætor nunc bonus ipſe facit.
Ter quod hoc faciant viſo tunc carcere & ipſis
Mane reis, titulos eſt ſibi nacta dies.
Dic quoq; cur grauidas exaudis diue vocantes:
Num quod in his vterus carceris inſtar erit?
Vera ais, & ſyluas grauis eſt regina ſecuta:
Inq; illis dixit: me veniente parit.
Dixerat: & ſumpta palma, ſumptiſq; catenis,
Se vertit, viſus deſeruitq; meos.
¶ Tertius vt currum ſibi Phœbus ab æthere iunget
Scorpius è media parte videndus erit.
¶ Altera ab hoc roſeas vbi ſol aget igne quadrigas:
Reſtituet pueris te Theodore tuis.

Viſita ita vulgus ait.

Grauidarũ tutela Leonar.

Media ſcorpiõis ſtella emergit.

Theodoro nutricum feriæ.

Q ua foret ara peto, nutrix quum blanda petenti
Q ua domus Euandri, quaq; lupercal, ait.
C ontigeram: miror parua teſtudine vota
Tolli, quæ exuuiæ res puerilis erant.
T unc ea me ſpectans miraris munera dixit:
Annueram: cauſam quum mihi diſce, refert.
F orte quod hic templū tenuit cum fratre Q uirinus:
Et pueris priſcis, rumina ficus erat.
H oc præſtare putant pueris loca proxima munus:
Attamen à priſca decipiuntur ope.
V ir fuit hic ſanctus: ſtygio vexatur ab angue:
Fretus equo inſiluit, comminuitq; feram.
N ox erat: inuenit ſinuoſa volumina lecto:
Signum agit: à ſigno deliuere crucis.
F it reus: ad palum pueri petiere ſagittis:
Pro pueris magno ſupplicat ille deo.
O ccidit, infantes ægri portantur ad illum:
Mira facit: facti fama fit, ara datur.

Morbi quibus infantes vexātur

S iue vmbræ noceant, oculus ſeu faſcinet illos:
Siue Elephantiaſis vlcere pectus adit.
C orpora ſeu biberint ſceleratæ infantia linguæ:
Vagiet & languens, & petet æger opem.
S iue ſtriges illum roſtro tetigere ſiniſtro:
Stabit & epoto ſanguine laxa cutis.
L iberat: increuit ſuffuſa venter ab vnda:
Potaq; ter bibitur, terq; ſititur aqua.
S onticus elanguet, capiunt nec lumina ſomnum:
Certaq; non fuerit cognita cauſa mali.
F iat vt incolumis votum promitte, iacenti
Protinus vt viuat porriget ille manum.

P arua meo quondam torpebant membra nepoti:
Flebat & impatiens, deſueratq; ſopor.
N ulla in nocte malum placabat nenia, vultus
Et color in toto corpore pullus erat.
I uſſit anus puro luſtrari ſydere cantu:
Qua tua diſcernit Termine rura lapis.
O uaq; pendebant, ſuppoſto ſulfure ſaxo:
Miſtaq; cum multo maſcula thura ſale.
O mnia vana aderant, medicas eximus ad artes:
Itur & ad ſanctos expetimuſq; ſonos.
N ulla tamen ſucco miſerum medicina leuabat:
Sacraq; collato carmina nulla ſono.
D epoſitum flebant nutrix, materq;, paterq;:
Templa petunt diui, palliaq; ipſa vouent.
A tq; illis puerum ſacris de more peractis
Sacrificus dicto carmine ſpargit aqua.
V era loquor, dicto ter ad ægrum carmine, vixit:
Deq; ſinu matris mouit ad ora manum.
V beraq; appetijt, vires rediere colorq;:
Anteq; quam multo firmior ille fuit.
S ic vt erant, templo prece procubuere parentes:
Votaq; ſoluerunt, illaq; veſtis erant.
A ucta fides diuo eſt, pendent teſtudine dona:
Additaq; exuuijs multa tabella ſuis.
I pſaq; quo fiat maioris copia voti:
Bis reſerat templum ſeptima quæq; dies.
¶ Dixerat, infirmo pede poſt laterana petebat,
Cur petat inſiſto, quũ mihi rurſus ait.
S unt quoq; ſi neſcis, qui temperat omnia nutu:
Hac Seruatori templa dicata die.

Miraculũ in puero oſtenſum.

Veſtes puerorũ vouẽtur.

Baſilic. Saluato. dedica.

H actenus; atq; abijt, pater ergo maxime dixi:
Hic tibi nam templi naſcitur ara, faue.
S cilicet (vt fas eſt) hanc primam dicimus ædem
Luxq; hæc pontificum proſpera prima fuit.
V nde ſed hæc fuerit, maneant quæ nomina feſto:
Dum cano conſilij ſis quoq; cura mei.
A ntra deo fuerant, quæ nunc ſunt aurea tecta.
Vrbis adhuc Mauors fortis habebat opes.
V ix caſa cœleſtes capiebat parua rogantem:
Sacrum erat exiguo numinis illa foco.
A ut teges aut titulum templi ſpelunca tenebat:
Preſſus & à turbis ſacrificator erat.
V iderat, & tactus fuerat iam numine noſtro
Cæſar vt eſt æger quum rogat iſta deum.
T rine pater: quando ſic es tu dictus & vnus:
Si moueor ritus relligione tui.
T e quoniam memorant populos ſeruaſſe cruore:
Atq; meo telum ſubripuiſſe Ioui.
Q uum iubear multa puerorum cæde lauari:
Vlcus enim toto corpore triſte vides.
N e ferar innocuo mundari ſanguine corpus:
Sanguine (ſi par eſt) fac lauer ipſe tuo.
Laterană vnde dicitur. T empla feres meritis, qua noſtra palatia ſurgunt:
Q uaq; loci titulum rana Neronis habet.
H æc eadem fient totum tibi iura per orbem:
Structaq; erunt ſacris plurima templa tuis.
V ota dat incolumis, ſummus cum veſte ſacerdos
Conſtitit, aſtabat cum duce turba ſuo.
A tq; pias tollens cum vultu ad ſydera palmas:
Edidi: hos ſupplex plebe tacente ſonos.

Nate dea, & ſummi proles certiſſima patris:
Accipe quæ meritis debita dona damus.
Sic ſed templorum caput hæc ſit vt ara tuorum:
Subſit & huic oriens, occiduumq; latus.
Dixerat à læuo ſtrepuere tonitrua cœlo:
Augurio læti procubuere patres.
Interea toto iubar admirabile templo
Funditur: & flammis cingitur ara nouis. Saluato. appari= tio ſuper tribunal.
Surgunt, lapſa polo ſacra Seruatoris imago
Cernitur in templum deſiluiſſe ſuum.
Quiſq; preces auget, circum exuruntur odores:
Aſtant qua venit, tactaq; ſaxa colunt.
Summa tenent radij, qua nube pependerat ille:
Cumq; ſuis ſuperis, vt fuit altus erat.
Cura videre deum eſt, ſpectant formãq;, locumq;:
Attamen in celſo ſederat ille tholo.
Ergo dei facies populo ſis dextra Quirini
Sanctus ait, patribus lætaq; ſemper ades.
Hactenus, eſtq; ædis pars agnifer, altera frater:
Quodq; illic ſupereſt forma ſalutis habet.
Quod venit: & pater huic venienti dedicat aram:
Proſpera ſitq; dies, feſtaq; nomen habent.
Ius dedit hinc Cæſar ponendi templa per orbem: Conſtã. dotauit eccleſiã.
Iunxit & imperium, perſoluitq; fidem.
Vtq; ſit ad veniam locus hic, pater ipſe ſacrorum
Quot veniunt luces, tot precis eſſe dedit.
Finis erat, quum ſic, tunc, vt ſolet, agmine plebis
Dicitur has voces forte tuliſſe ſenex.
Dardana belligeræ ſimulachrum Troia Mineruæ
Viderat iliaco deſiluiſſe iugo.

Q uamq; diu ſignum ſumma ſeruauit in arce:
Imperium rerum tam tenet illa diu.
V ox venit ad patres, prudens ſententia viſa eſt:
Et ſacer inferior cingitur ære locus.
F itq; chorus cuſtos, æternoſq; aſpicit ignes:
Cernitur, & nulla tangitur illa manu.
A tq; ſit è cœlo tanquam modo lapſa videtur:
Longa licet veniat nulla ſenecta nocet.
A dde quod hoſtili flagrarunt templa fauilla:
Auſa nec authorem lædere flamma ſuum.
S eruat quæ imperiũ: prædonem fallat vt error:
Altera ſeruata eſt interiore loco.
M oreq; maiorum ſanctorum ſancta vocarunt:
Cum quoq; de cœlo ſit decus illa ſuo.
H æc ego dicebam, ſonuerunt æra, ſub ora
Procubuit fratrum fœmina virq; genu.
I lla ter apparent demiſſo ad lumina velo
Circum aderant fuſæ voce iuuante preces.

Scorp. occ. præſagiũ imbrium.

¶ Poſtera lux orta eſt, petitis ſi ſydus in illa:
Oceani fallax Scorpius intrat aquas.
¶ Luce ſecutura conſcenderat æthera Phœbus:
Et face finierat nocte viator iter.
C lauſaq; iam ſeptis ſoluebat ouilia paſtor:
Paſcebatq; ſuas mane ſupinus oues.
A eraq; inſpectans, collectaq; nubila cœlo,
Orta lyra eſt, imbres non procul, inquit: erũt.
V ix ea: quum ſubito commiſcent prælia venti:
Dura incœpit hyems, antra petamus ait.

Fidicula oritur martinalia feſtũ

¶ Eſt quoq; ni fallor, nunc Martinalia feſtum:
Atq; hyemis nobis ſol noua ſigna dabit.

N ubila nam ſi ſunt, eadem ſine nube placebit:
Eſt ſi clara dies, tota madebit aquis.
D ixerat: & dederant iam ſera crepuſcula ſigna:
Tempora quum appoſito tranſigit ille mero.
S ancte igitur cum te celebrent ad vina poetæ:
Q uorum ſæpe tibi pars ego magna fui.
S i vacat, ad proprias é cœlo labere laudes:
Q uæq; damus faciles, ad tua vina veni.
P roq; tuis Baccho faueas, adſiſq; poetis:
Sed mihi præcipue qui tua feſta cano.
N am ſi vera licet manifeſta voce fateri:
Et ſequimur certa numina noſtra fide.
F ertilior muſis es tu, quam Bacchus & Euan,
Ingenium ex vero vatibus ipſe facis.
C urq; facis cauſa eſt, cuius tu cura putaris
Q uoq; vales, & quo tu tibi numen habes.
D eme merum lauro, ſoliti dementur honores:
Ilias & nullum verſibus extet opus.
S ancta nec Aeneis æternum nomen habebit:
Nullus & Aeacides, nullus & Hector erit.
T erra ſit ergo leuis, pictas qui repperit vuas:
Q uiq; malas primus nectare pellit aquas.
I care debebas æternum viuere nobis:
Vitis enim noſti, quam bene dulcis odor.
V ino forma venit, vino producitur æuum:
Vino nouit opus quid ſit amica viri.
V ina fugant curas, reuocant in pectora vires:
Vina nocent nunquam, ſobria lædit aqua.
H æc facit vt ſiccis ſint carmina craſſa poetis:
Pone puer, poſito ſit procul vnda, mero.

Prognoſtica Ruſticorũ ex ſole de toto anno.

Laus vini in gratiã numinis.

N egligit Eurition nudatos ebrius enſes:
Attracidis cultos appetijtq; toros.
S preuerat & Cyclops confoſſus lumina dãnum:
Molle maroneo dum madet ipſe mero.
E t ſua Martini tam læta luce bibendo,
Ponere qui neſcit triſtia:potet aquam.
I nterea, ipſe ederæ ſi de cultoribus vnus:
Diue mone in cœna cur tibi vina damus.
D olia cur relinunt addas, quo nomine feſtum:
Sic ego, ab exquilijs quum tulit ille caput.
E t procul ò dixit ſpes & mea cura poeta:
Accipe quæſitis debita vota tuis.
S unt qui vina dari credant: mihi proxima feſto
Q uod defecandi tempora vulgus habet.
P arſq; quod iſmario vertebam flumina ſucco:
Hac fieri turbæ quod quoq; nocte putant.
Q uæ licet apta putes, & ſint tibi proxima vero:
Q uæ ſequitur cauſa eſt iſta probanda magis.
F orte Valentini fuit olim à nomine Cæſar
Poſcere ab hoc pro re pauca coactus eram.
S enſit: poſte fugat, clauditq; immaniter aulam
Hocq; etiam durus ſepius ille facit.
S it precibus facilis deus inquã: clauſaq; pandat
Atria, nec votis ſint aliena meis.
F inieram: petij, patuerunt tecta petenti
Sponte ſua, ad poſitas ſederat ille dapes.
A ſpicit, et perſtat, nec me dignatur honore:
Ignibus accenſa eſt regia ſella meis.
P rodigio motus tandem veneratur, & inquit:
Poſce aderunt votis omnia læta tuis.

Aquã in vinum Marti. vertit.

Indeqꝫ ne tantis frigeret gratia dictis,
Excipior dapibus, non ego ſolus eram.
Interea (vt mos eſt conuiuis) aurea dextra
Porrigit inuicta pocula plena, tuli.
Vina ego libaram: ſocio libata propino:
Erubuit Cæſar, tertius inde bibit.
Iura ſacerdotis regem præcedere debent:
Iſte hominis partes nãqꝫ agit ille dei.
Bella gerebantur, fueram quoqꝫ notus in armis:
Quum mihi ſic inter pocula lætus ait.
Iam ſcio quum bellum ſibi Gallia triſte timebat:
Dictus quũqꝫ armis abſtinuiſſe metu.
Quam bene pugnanti duce te victoria parta eſt:
Abſens ipſe licet clauſus ab hoſte fores.
Nãqꝫ tibi ingratus fuerit quoqꝫ Cæſar, ab illo
Sum quia, & exceptus diceris ante dapes.
Eſſe tibi vt merito videantur nomina Martis,
Sint tot felici cum tua geſta manu.
Victorem in bello quoqꝫ me pater effice: facto
Non aderit certe gratia ſurda tuo.
Interea ne ipſe queri de ingrato Cæſare poſſis:
Gallus es & Pannon gaudet vterqꝫ mero:
Quod pius Aeneas, quod Turnus et ipſe vouebat:
Accipe de lacubus iam tibi vina meis.
Dixit: & autũnus vinoſas preſſerat vuas:
Atqꝫ nouis inerant proxima muſta cadis.
Quum iubet apponi plenas è pluribus obbas:
Dolia quotqꝫ aderant, pocula menſa dedit.
Sicqꝫ meo feſto reſerantur in ordine cellæ,
Atqꝫ mihi dandi mos venit inde merum.

Presbyterũ ita dicũt Cæſare digniorẽ putauit.

Ingratitudinẽ alterius Cæſaris hic emendat.

Baccho feſta aderant: dixere pithegia grai:
Faſq; his ſignatis ſoluere vincla cadis.
Vinalia feſtū vetus huc trā.latū.
Præterea priſcis fuerant vinalia: ſummo
Tradidit Aeneas quum ſua muſta Ioui.
Vtraq; noſtra dies, hæc quod putor eſſe Lyæus
Illa, mihi Cæſar quod ſua muſta dedit.
Illaq; & iſta mea eſt ſed Martinalia dicunt:
Vtq; decet titulos temporis huius habent.
Moſq; manet, teſtas relinunt noua vina bibentes:
Totaq; nox feſta eſt, peruigilantq; mero.
Cæſaris imperium in conuiuas grande manebat:
Factus & in Cyathos rex ſua iuſſa dabit.
Conſtat & in menſa vini, cœnæq;, magiſter:
Propinantq; frequens, iuſſaq; vina bibunt.
Quiq; propinator fuerat, manet ille ſititor,
Sumq; ego ſpectator moris ab arce mei.
Decipit hic ſocium, deceptus decipit idem:
Quodq; ego cum magno Cæſare, turba facit.
Stat genus omne meri, ſtabat cum Cæſare, nomen
Quiſq; bibit, bibimur nos tamen ante duo.
Sunt quoq; qui iungant abſentis nomen amicæ,
Illaq; ſit quamuis Pentheſilea, bibunt.
Multi addunt Priami, multi quoq; Neſtoris annos,
Seu Tithone tuos, ſiue Sybilla tuos.
Tota ſitit tellus ſitiunt & ſydera clamant:
Pone merum oderunt gaudia vera moram.
Pone merum non eſt lux craſtina credula vitæ
Quæ minor eſt ſemper deteriorq; venit.
Bacchus in figura Martini
Quæq; dabant Baccho, mihi præbet gratia vulgi:
Quæq; illi ratio eſt, non minus illa mihi.

M ile s enim Bacchus, miles ſum dictus & ipſe:
Bis genitus fuerat, bis genituſq; vocor.
I lle colit Thebas, eſt & mihi Gallia curæ:
Vini auidum quæſo quem magis eſſe putes?
N ominor ante lacus, clamabant ante Lyæum:
Illi acinis Thyrſus, crux mihi picta datur.
I ndos ille domat: domui perſæpe Tyrannos
Nec minor iſte mihi quam labor ille fuit.
T empora cingebant ederæ iuuenilis Iachi:
Has noua dat noſtro ferre taberna mero.
S tulta choros medijs ducebat fœmina ſyluis:
Ad Cyathos ſaltat pota puella meos.
B acchus habet Cereris commercia: munus et huius
Mollitum noſtro nomine creſcit opus.
R epperit ille vuam, leuo vinum ſordibus vuæ:
Me duce & vt cedat vertitur vnda mero.
D ixit, & addiderat quæſitis: pallia dixi
Cur dederas? bello cur quoq; geſta iuuant?
O mnia donaram: reſtabant pallia dixit: Hiſtoria pallii Martini
Et iuuenis preſſo bella ſequebar equo.
P oſtulat hæc nudus: diuiſi pallia: nudo
Atq; dedi: oſtendit mox data nocte deus. Eccleſia S. Mart. in Burgo olim, nunc, in Ciuitate Ambianenſi.
P ortaq; qua dederã mihi templũ Ambiana parauit:
Extat & officio nobilis illa meo.
P alliaq; oſtendit mea Templo proxima ſedes:
Et ſoleam impulſus quam pede liquit equus.
A duocor ad pugnas, cœleſti pignore fretus
Proſilio in medium: telaq; nulla gero. Monaſt. S. Mart. ad gemellos, in dicta Ciuitate.
Q ua fueram fortis cruce ſed munitus in hoſtes
Irruo, pugnamus, victor inermis eram.

M iles credit idem: ſine tecto pallia ſecum
Q uũ mea fert: bellis hinc modo geſta iuuant.
Epulæ i exquiliis publicæ a gallis.
S æpe quod his hoſtes mea vicit Gallia: luce hac
Gaudet: & exquilijs publica menſa datur.
P aruaq; ſint veluti mihi bacchanalia, ludunt:
Moxq; quater denæ tempora lucis habent.
H actenus, à tumulis coluere Chariſtia priſci:
Lætaq; erat poſito turba propinqua mero.
A n ne eadem tua ſunt: ſimili nãq; ordine vina
À tumulo læti vertimus ora tuo.
Q uare age poſt vmbras facimus cur talia dicas:
Sic ego ſic lætus rettulit ille mihi.
Pópa funeris aucta, à Marti.
H oc facitis: docui quia fœno & puluere obire:
Stare crucem à pedibus, verbaq; certa legi.
E xanimeſq; homines ad ſydera tollere vultus:
Commendare animas, ære ciere rogos.
H acq; coronari patres quoq; luce ſolebant
Dixi, miſſa inquit ſorte corona mihi eſt.
Ientaculũ fit in vaticano
N um ne etiam iccirco ientacula certa parabant,
Annuit: atq; inquitq uod mihi cura meri.
D ant tibi cur ſocium Rochum: quia vina taberna
Fert mea, & hoſpitibus præſidet ille meis.
D ixerat: abſceſſit: tunc inuictiſſime dixi
Pro ducibus noſtris pallia fortis habe.
E t quoniam ſine te nullum laudabile carmen
Tange tuo quæſo pectora noſtra mero.
Aeſtas Martini incipit.
¶ Hæc ego: Martino cras quidam ait, incipit æſtas:
Feceq; purgandi tempora vina feret.
Sol in Sagittario.
¶ Tunc ego, de Phœbo cedet quoq; Scorpius, inquã:
Solq; ſagittiferi tela mouebit equis.

E rgo pius longis Heliſæus languidus annis.
  Q ualibet exhauſtis viribus, æger erat.
V enit ad hunc Ioas puer: vt puer iuit ad ipſum
  Phillyriden, cui inquit, tu quoq; viue pater.
P oſtulat ille arcum: petijt Centaurus vt arcum:
  Eſt Syrus hoſtis ait: da quoq; tela: dedit.
S olue: facit iuſſum: Syrij feriuntur ab arcu:
  Vltor erat: fati iam manus inquit adi.
V enerat: eripitur, raptus formatur in aſtris:
  Bisq; notas ſeptem corpore nactus erat.
¶ Cras homo thura bonus poſcit, cognominis huius
  Hei mihi, quam paucos tempora noſtra vident.
P artum veſte, & acu, lucrum præbebat egenis:
  Hoc & qui faciat, nunc quoq; rarus erit.
H ic tua tutela eſt: quiſquis profiteberis artem:
  Da lucrum: dices da quoq; forte tuum,
H æc mihi mens cum ſit: deſunt ad munera vires:
  Cum faciat lucri pagina noſtra nihil.
¶ Stabit vt orta dies: torto qui cinctus ab angue eſt,
  Serus in occiduas ſydera condet aquas.
¶ Orta lyra eſt: cœlo pluuius quoq; ſurgit Orion:
  Typhi legas velum, ſi ſapis ipſe, rati.
¶ Q uinta dies redijt: radijſq; illuminat orbem:
  Augeat vt fratres ædibus vna duos.
F orſitan & cauſam mirati poſcitis, illis
  Cur duo ſint vna templa dicata die.
S anus erat Cæſar, corbes & puluere plenas
  Tot tulerat collo ſigna quot annus habet.
T emplaq; erant fratri: fratri altera creuerat ara:
  Q uum pater has vna luce ſacremus ait.

Homini bono ſartorũ feriæ.

Serpẽtarius ſero occidit.

Orion cũ fidicula oritur.

Dedica. Baſi. Petri e Pa.

V eneratːinq; vna librarat corpora lanceː
Miſcueratq; ſacris oſſibus, oſſa locis.
A ltera reſtabat, quum ſera crepuſcula fiuntː
Tunc prece ſic Phœbo ſupplice ſanctus ait.
O ptime ſignorum radijs redimite tuorumː
Altera ſacratur dum ducis ara, mane.
D ixeratːaltus equos celeres remoratus habenis
Luxitːhabent vnam ſic duo templa diem.
A ltera cur vetus eſtːcur altera regia ceſſitː
Q ui petitː hic noſtro carmine certus erit.

Tẽplum Petri à Iulio nouatur.

C lauiger eſt ingens ː templum ingens incolat inquit
Iulus in vrbe, ſolo quum vetus æquat opus.
P riſca gigantea redierunt limina moleː
Crimen eratː veniam promeruere manus.
S ic cui nulla dies nocuit, cui nulla vetuſtas.
Occiditːimpenſa ſurgat vt ara patrum.

Pñtatio virg.

¶ Quarta hinc virginibus lux feſta ẽːforteq; poſcorː
A` præſentando cur ſibi nomen habet.
M os erat (extat adhuc) teneris dare templa puellisː
Q uo magis hæ tutæ virginitate forent.
M ox aliqua vt plenis eſſet cum nubilis annisː
Si cuperetː ſeſe iungeret apta viro.
I uerat huc virgoːvenientem rite ſacerdos
Ceperat, excelſi liminis ante fores.

Ludi magiſtrarũ feriæ.

Q uodq; excepta loco, quod præſentata ſub ara,
Præſens feſta dies hinc ſibi nomen habet.
N upturæ interea innuptæ, nuptæq;, puellæ
Dat quibus hæc dotis muneraː ferte preces.
P ræcipue doctæ ſed dent ſua thura magiſtræː
Diſcipulas lucro quæ cupiere nouas.

Hac nam luce quibus tactura eſt virgo tonantem
Verberibus primum eſt tradere iuſſa manus.
Sed quid ſæua facis? ponas tua ſceptra magiſtra,
Aequius his alias commodiuſq; feri.
Pallade nanq; magis docta eſt: docuitq; ſorores:
Atq; manus, neſcis? erudit iſta tuas.
Apte vt pingat acu: percurrat pectine telas:
Ducat & è plena mollia fila colo.
Hæc, à iure ſacro, felicem Aeneida nouit:
Quicquid & æterno carmine Homere canis.
Ergo quod es muſis, quod dux pia virgo poetis:
Sis rogo carminibus ſemper amica meis.

Sacram ſcripturã nouã et veterẽ nouit.

¶Cras ſacra Cæciliæ lux eſt, mora nulla, puellæ
Virginis è templo uirginis ite domum.
Organa ſed manibus pulſat: ſic omne moueret
Quod modulis animos græcia docta vocat.
Ante quidem cornu populos ad ſacra vocabat:
Garrulaq; in fanis tibia mane ſuis.
Nunc campana ſonant ſacris tinnitibus æra
Turribus: & gentes ad ſua templa cient.
Organa traxerunt diuam: cœlumq; dederunt:
Quæq; dedere pia continet illa manu.
Huicq; facem geritis: face ſic quia venit ad aram:
Ara domus ſed, vos quo via ducit, erat.
Præſidet & nautis, iuxta naualia templum
Quod tenet: annonas fert vbi Roma ſuas.
Saxaq; quod ſcopulos appellat nauita cæca:
Nomine de diuæ non minus eſſe putat.

Ceciliæ, à puellis cãdelæ feruntur

¶Feſtum Clementis hyemis caput eſt orientis,
Craſſa ſacerdotum dicere muſa ſolet.

Clemẽti hyemis initiũ eccleſiaſticæ.

Sed decepta loco eſt cras ſint vt feſta, recedens
Hinc ſibi bis decimam continet illa diem.

Cather. poetarũ oratorũq; fe. ¶ Proxima nulla nota eſt: ſignat lux altera faſtos:
Regiaq; ad ſignum te Catherina vocat.
Ergo pij vates, facundaq; pectora, mecum
Thura date, heſterna ſed comitata fame.
Scilicet hæc vicit vocali ſorte poetas.
Atq; data eloquij debita dona tulit.
Aduocat hanc partus pariter prope tẽpora mater:
Lac dedit è tumulo diua quod ipſa ſuo.
Fortuna in ſi. Catherinæ. Conditur ad littus: fortunam nauita credit:
Quodq; rota eſt, placidas quæ q; miniſtret aquas,
Huic quoq; militiæ eſt, atq; huic commiſſa reorum
Cura: quod eſt enſis, Curia quodq; rota.
Adde quod hinc virgo feſtum natalis ad vſq;,
Hanc rogat: vt nubat: nupta quod ipſa deo eſt.
Huic cuſpis gladij memor eſt, quia concidit illa:
Regem ſcholæ ſibi creãt. Regia erat: luce hac ius ſchola regis habet.
Interea poſſes cum tu inter ſtare ſorores
Ingenio victæ quæ erubuere tuo.
Sic te Phœbus amet: ſic te colat æmula Pallas
Sitq; huius ſturno ſemper oliua tuo.
Pierides virgo, ſanctoſq; tuere poetas
Hoſq; tua in ſumma da ſemel eſſe rota.

Mortuorũ memoriæ. ¶ Tertia commemorat tumulis pia iuſta parentũ:
Ah ſibi quam paucas hæc videt ara manus.


Andreæ piſcatori aduẽtus dñi inci. ¶ Vltima piſcator fert tempora menſis, et anni:
Suntq; velut ludi lubrice Tybri tui.
Nam qui rara trahunt piſcoſo retia ponto:
Qui iacit & iaculum: qui tegit ære cibos.

Feſti

F eſta colunt, viſunt caput & piſcantis ad aram:
Hic vbi cum nauta munera fratre petit.
I nterea è ſummo terris lux proſpera cœlo
Panditur, aduentus & ſibi nomen habet.
L abe vacent animi: deus aduenit, aduenit agnus:
Crimina confeſſo diluat ara reo.
P ura placent, multis ſcelus eſt apponere carnes:
Donec ab his cunis vagiat ille ſuis.
A dde quod & culpas reſecat per templa ſacerdos, Prædicæ in tēplis ceu ī quadrage.
Non ſecus ac denis lucibus ante quater.
O mnia ſint igitur venturo operata tonanti:
Atq; frequens puros ſentiat ara dies.
T u quoq; muſa ſacris, ſic fas, aſſiſtere debes:
Et ſimul in noſtro pura ſedere choro.
S tat cum menſe labor, piſcator contrahe uela,
Portus adeſt, nobis vna terenda uia eſt.

Explicit liber Vndecimus.

SACRORVM FASTORVM LIBER DVODECIMVS.



¶ In hoc menſe Decembri, à decimo numero menſium de anno Romuli dicto, qui menſes per pueros hic notantur, numerus decimus verus verior oſtenditur, & verificatur, in decimo menſe, in quo Chriſtus natus eſt, non ſine myſterio, licet naturæ curſu, videlicet vt quemadmodum decimus numerus abſolutus nouum numerum deſiderat, & ipſe ſemper repetitur: Sic Chriſtus noua tempora, ac vera aurea ſæcula quæ deſiderabamus, nobis attulit, eaq; cum eius laudibus vbiq; repetuntur. Tutela olim veſtæ, nunc Thomæ Apoſtoli.

Menſe hoc incipit et deſinit annus.

Venimus ad decimum felici carmine menſem:
 In quo, quo annus abit limite, rurſus adeſt.
Scilicet abſcedit pariter mihi ſurgit & ille:
 Principiũ & cœptis ſumma fit inde meis.
Principium & finis deus eſt hinc menſis ab ima
 Exoriens parte, hic ingredietur iter.
Ergo à te miſſus per te vt quoq; deſinat ille:
 À te iterum & ſurgens vt modo carpat iter.
Sancte pater, quando pars hæc te maxima faſtis
 Attigit: incœptis perge fauere meis.

N empe ſacro lætus plauſu, & ſublimis in oſtro
Hic populum excipies & noua iura dabis.
T erna tribus pictos nam quæret purpura faſces:
Et pia Roma tuos procidet ante pedes.
S tabit enim lectus tarpeia cœtus ab arce:
Vixq; erit in ſacra pluribus æde locus.
C andida mox cœli libabitur hoſtia templo:
Altera cum fuerit faſcibus orta dies.
T unc nouus antiquo ſeſe addet menſibus anno:
Deficietq; alter, quæret & alter iter.
S cilicet aduentu deus infans tempora iunget:
Sicq; ſit vt series continuata volet.
F ictaq; quæ fuerant Saturno ſæcula rege
Aurea, vera dabit gentibus inde ſuis.
S ic tamen illa dabit ſint vt te principe vera:
Hoc quibus é cœlo iam duce lectus eras.
N am niſi tu rerum moderamina ad alta venires:
Triſtis adhuc facies temporis illa foret.
I nterea vnde ſuam ſibi menſis vendicet aram
Cogimur auſpicijs dicere rite tuis.
O rdo recurrebat decimis è menſibus ille:
Quem dederat luſtris frater in vrbe Remi.
C reuerat vſq; decem numerus, prodiret vt alter
Fas erat: & ſpatijs pergeret ipſe nouis.
I am venturus erat, qui impleret tempora curſu:
Quiq; ſuis populis iam noua iura daret.
V enit, & impleuit, nobiſq; vt ſæcula ferret:
Naſcitur hoc numero, conſpiciturq; puer.
M artis enim menſe eſt conceptus, natus in iſto:
Atq; ſacri cauſam ſic ſibi menſis habet.

In anni initio ſolēnitas ī ara cœli

Sæcula vere aurea christo duce ſub Pau.

Mēſis ſacer, quia in iſto natus Chriſtus mēſe eſt.

D um teneras igitur præcedunt tempora cunas:
Et teritur ſpatijs vltima meta ſuis.
M agne puer magni ſoboles æterna Tonantis:
Hic tibi natalem dum cano dexter ades.
A tq; tui incipias magni primordia ſæcli:
Vt capiat tecum menſis & annus iter.
E t quia ſurgentis decus & tu diceris æui:
Vrbis ſancte parens, præficeriſq; ſacris:
Q uod decet & fas eſt, cuius vice numine polles:
Cum puero ritus aggrediare tuos.

Nuptiæ nõ fient.

¶ Imprimis deus eſt quia nullo coniugis vſu
Suntq; atri multis, ſiccaq; menſa, dies.
E ſte procul tedis nuptæ, viduæ ue puellæ:
Aptius his tempus menſe ſequente datur.

Eligio.

¶ Ipſe ſed ante diem vulcania ſurgat ad arma
Eligius, fabræ ſacrificentq; manus.
S cilicet acceptum cum fœnore reddidit aurum:
Laminaq; in digitis illius aucta fuit.

Fabrorũ ferrario͂rũ feriæ

P ace tua huic debent, quos iactas Mulciber, ignes,
Arte tuæ tantum non potuere manus.
N anq; pedes flammis Phaetontis frangis equorũ:
Crus celeri iſtius voce coiuit equo.
T ela Ioui quæ fert auis à te, nunciat ortum
Huius, & huic ſacrum non manus vna facit.
N am ſibi qui referunt operoſo nomen ab auro:
Q uiq; tuis ſignant æra moneta notis.
Q uiq; metalla liquat: qui frenos fingit equorum:
Q uiq; tabellarum nomine currit equo:
Q uiq; feri domitor, trutinæ qui examina librat:
Q uiq; facit claues, cui rota verſa pede eſt.

E ligium cunƈti ſocia venerantur in æde,
Cede ſacris: fiƈtos non colit ara deos.

¶ Hinc tria iunƈta loco cœlo noua ſigna vidētur: Gallina.
Phœbus vbi eoo tertius albet equo. Vultur
V ultur, et aonio nam inſignis carmine Cygnus, Cygnus mat. ori.
Et ſua criſtatus ſydera Gallus habet.
A dmonet iſte ſenem: Elyſium morte ille canēdo
Præuidet: inceſtum tertius odit opus.

¶ proxima lux orta ē, tua Iuppiter arma relinque Barba. turrium tutelæ.
Nam quo magnus eras, Barbara fulmē habet.
V ix ea ſic dixi, tonitru quum concita moles
Emicuit, ſeptem conſtrepuitq; iugis.
T ranſieram pontis faciem, data ſigna requiro:
Leƈtus ad excubias quum vigil arcis ait.
H æc cui feſta dies, neſcis? dat Barbara ſigna:
Miror te ignarum numinis eſſe mei.
A ltera fert turrem diuæ manus, altera palmam?
Cur ferat & dubio debita cauſa ſubeſt.
C lauſa velut Danae lugebat pallida turre:
Atq; dei ſignis cognita noſtra fuit.
A ppetit hanc genitor, turri fugit illa reliƈta:
Paſtores ſylua delituiſſe vident.
P oſcit ab his natam, negat alter, furtaq; ſperat:
Alter vbi eſt monſtrat ſignaq; certa docet.
I nuenit, inuentam rapto trahit ille capillo:
Stareq; compellit iudicis ante pedes.
C æditur, & plagis defertur cæſa parenti:
Clauſa gemit rurſus quo prius illa loco.
P rò ſcelus: in natam patris furit impius enſis:
Atq; cadit taƈto ſanguinolenta ſolo.

Facta deum tangunt, abrumpitur ignibus æther:
Cum domino & turris ſit cinis ipſa ſuo.

Paſtores
ĩ lapides
verſi ad=
huc extãt

Quiq; patri occultæ indicium fecere petenti
Ne careat pœnis hæc quoq; culpa ſuis.
In lapidem, ut fuerant circum iuga ſumma vagãtes,
Cum grege adhuc verſus perſtat vterq; ſuo.
Hinc ſit vt exemplum, tetigit quia fulmine turrem:
Illi turritas attribuere manus.
Factaq; tutela eſt eadem arcibus, vnde recluſis
Ignibus hæc moles nunc tibi ſigna dedit.
Et quod paſtorum mutauit corpora ſaxo:
Clauſaq; quod gemuit, ſitq; quod vlta patrem.
Igne ſtrepit quoties de cælo fulmen, agreſtes
Ora notant, illam ſubtrepidiq; vocant.
Carcere quiq; gemit clauſus ſibi clamat eandem:
Quum tonat, & tangi iudicis ora rogat.

Tormen
ta ænea
quõ re=
perta.

Adde quod & miles (non ſunt aliena rogatis)
Hanc gerit in ſigno: cauſa nec ipſa latet.
Pulſus erat veterũ cum dijs Vulcanus ad vmbras:
Ceperat et noſter ſydera ſumma deus.
Siue quod hic ægre detrudi in tartara ferret:
Seu quia debebant hoc quoq; fata malum.
Conuenit iratus tacitis qui præſidet oris,
Atq; ait audaci talia verba ſono.
Iuppiter igne auſos cælum affectare gigantes
Obruit, amiſit fulminis ille minas.
Cum tibi ſit tellus: ſint tertia regna: ſit ignis:
Dextera cur flammis ad tua bella caret?
Dixerat, ille modum poſuit, de manibus vnum
Mitte ait: hic fulmen me faciente feret.

Annuit, & mittit de multis manibus vnum
Ille abijt, ſimulat ſed prius ora viri.
Fune latus cingit: dat lignea vincula plantis:
Quæq; tegat corpus, lanea veſtis erat.
Cornua reſtabant, capiti protollit amictum:
Os gerit obſtipum, telaq; fratris habet.
Forte vir inſtabat ſucco vt liquida æra coirent:
Grai Hermen, noſtri Calchimiumq; vocant. Alchimium vocant.
Iuerat: arte illa fama eſt veniſſe peritum:
Hunc vocat, accedit: ducitur ante focum.
Diues in accenſo feruebat maſſa camino:
Flabat et alterno flamine follis opus.
Tempus ait ſocio Vulcanus, dicta bicornis
Audijt: admiſcet plurima, fertq; facem.
Fit prope: commiſtum vix contigit igne liquamẽ,
Quum crepat in teſtum fomite tactus onix.
Non ſecus ac fulmen nubiſq;, imbriſq;, Cyclopes
Cui dederant partes: ætheris igne ſolet. Materia fulminũ vñ originẽ habuit
Obſtupuit facto: Chalybemq; armabimus inquit
Mulciber, inq; vrbes, perniciemq; virum.
Hactenus, atq; teres rapidumq;, cauũq; metallũ
Includit ligno, telaq; dura facit.
Aſpicit, & tractans non dũ eſt ait ille peractũ:
Qua moueat vires non meus ignis habet.
Dixerat & celeres admittat vt ardua flammas
Machina & admiſſis ignibus vſta tonet:
Perforat à tergo, via fit face: ſaxaq; vulnus
Infligunt flammis impetuoſa ſuis.
Ergo opus arguta ſceleratum exegerat arte:
Poſtremam telis addideratq; manum.

S ulſure quũ hæc onerat, clauditq; volatile plumbũ:
Tollat vt ante oculos, mox teneatq; manu.
T artara adit, tunc rex da flãmã Mulciber inquit:
Attigit, attactum grandia bombit opus.
F lãmæ onus excludunt, tonitruq; imitãtur Olympi:
Terrificantq; animas, pulſaq; quæq; ruunt.
A udiat hoc Cocles, & pontem deſerat hosti:
Longa decennalis Troia nec arma ferat.
T ela probat pater hæc Stygius, didicere minores:
Atq; ea militiæ fulmina miles habet.
N on galeæ, aut Clypei, munita ue pectora ferro,
Non muri, contra non valet vſus equi.
Q uod non iſta valent, valet inuiolabile numen:
Q uodq; ſit hoc poſcis, Barbara nomen habet.
Q uam tenet è turri quoniam tonat, ipſaq; in hoſtes
Aenea de caſtris machina mittit onus.
Q uũ dant ſigna tubæ, crepuereq; fulmina flammis:
Aſpicit hanc miles, certaq; vota facit.
D umq; facit vultus, oculoſq; in imagine ſupplex
Continet, exaudit diua rogata preces.

Milites Barbarã in bello inuocant

D eq; ſua turri venientia, deq; duello
Summouet, obiecta fulmina, & æra, manu.
F inierat: tunc ſic, qui dixti hæc tempore nullo
Bella geras quamuis, hinc tibi vulnus eat.
S anctaq; nos ſerua, & pro noſtro Cæſare pugna
Inq; hoſtes fulmen Barbara ſemper habe.
¶ Sabba tuas nonas, & te Titus optat ad aram:
Idem ſitq; tuus, Cæſaris atq; dies.
T u quod eras Solymis olim tumulatus in ipſis:
Ille quod has vltor numinis enſe domat.

Sabbæ Veſpaſia. oſſa viſuntur

Oſſa

O ſſa tuo meruit victor componere templo:
Feſtaq; communi tempora ferre die.
Q uã bene vt ob ſuperos ſuſceperat ægida noſtros:
Cum ſuperis noſtris tam bene vt ille cubet.
Q uare, ſi qua huius tangit te gloria Cæſar:
Hac ſperare polum tu quoq; parte potes.
T urpe quidem viſu, non & laudabile dictu,
Circum ſancta dei buſta iacere canes.
E t dubitas veteres maiorum extinguere culpas?
Protegere atq; armis fortibus illa tuis?
S it tibi mens tantum bello concurrere, vinces:
Victor & ad ſuperas ibis ab enſe domos.
D edecus & cedet, ſed ſub te principe cedet:
Q uum dabit audaces parthia victa manus.
D onec erunt Solymæ, Titus ingens fama manebit:
Niteris iſta ſequi tu niſi, ſegnis eris.
I nterea hac manes dicat ſaluete beati:
Sit cineri vt precium: fœmina virq; die.
A tq; ſolum inijciens addat: quia ſanctus es vltor:
Pulueris hoc iactu ſit tibi terra leuis.
A udiuiſſe putes: iaciebant fœmina virq;:
Admirati vrna Cæſaris oſſa tegi.

Chriſti ſepulchrũ cõmedatur Cæſari.

¶ Ortus erat terris de cœlo lucifer alter:
Vidi ego quum pueros regia ſceptra ſequi.
C ingebant alii flauentia tempora lauro:
Pars pedes ad templum pars erat agmen eques.
E rgo inquam lyciæq; pater Pataræq; magiſter
Si licet, ad cauſas, & tua feſta veni.
I pſe mone & cur ſic celebraris ab agmine puro:
Cur tibi ſunt reges cur ſchola facta tua eſt.

Nicolao epiſ. ſcholarũ fe.

Munera cũ q; ferant, cur ſic ante ora ſub ara
  Poſt ſacrum eloquio carmina iuncta petis?
V ox erat in curſu, precibus quum motus ab ara
  De ſolio placidus ſic ait ore mihi.
A ccipe, quæ poſcis: noſtri ò ſtudioſe poeta,
  Penè puer ſtudijs indubitate meis.
S cilicet ante ſacri fuerant in honore poetæ:
  Gloriaq; aonidum, curaq; ſumma ducum.
T antaq; Maieſtas tanta his reuerentia, vt ætas
  Auſa ſit hos magnos priſca vocare deos.
A tq; horum gentes oracula verba putabant:
  Et velut æthereus carmina partus erant.
M agna ſequebantur phœbeas præmia frontes:
  Creuerat & tantus laudis honore labor.
I mpetus ille ſacer quo ſe exerceret in annos:
  His ſchola, vel ſyluis ſanctior arbor erat.
V nde ſibi à facto me cogit Apollinis ædis
  Vt Vaticanum nomen habere putem.
R es redit ad pueros: ſunt & ludibria muſæ:
  Vatis & eſt magnus nomen habere pudor.
N atus eram Pataræ, fuerat patareus Apollo:
  Pellitur hic, vatum me vetus vſus adit.
C auſa quod his naſci doctus ſum viſus vt ille:
  Et puer in cunis penè poeta fui.
H inc color a pueris, quod ſors me ſacra creauit
  Ante aram patrem, continuiq; pedum.
Q uodq; patres reges dicũt, mea tẽpla frequentant:
  Perq; vias regum clamor it ante fores.
A t quod Mercurij lac tantum luce bibebam:
  Viſus eram eloquij iura merere mei.

Poetarũ priſcorũ qualis honor.

Quodq; ego pro Phœbo color hic muſiſq; frequentor
Præſideo & teneris vatibus ipſe meis.
Carmina quæ ediſcant pueri ſchola noſtra putatur
Donaq; & eloquio carmina iuncta ferunt.
Quaq; licet noſtram nomen venerantur ad aram
Suntq; frequens agmen ſollicitorq; prece.
Dixerat & rerum fuerat data cauſa roganti
Inq; meis dubijs ipſe ſolutus eram.
Protinus ex ara quum ſurgit ad æthera clamor:
Vertimur, à regis nomine plauſus erat.
In puero poſſes ducis ipſam agnoſcere mentem:
Fert dona: atq; tubis ducitur ante focos.
Interea læti ſpectabant facta parentes:
Multus & in multa ſede magiſter erat.
Iam ſacra libarant: reſonabant pulpita cantu:
Deq; alto eſt ſtrepitus, liſq; iocoſa loco.
Hic elegi laudes: heroi carminis ille
Accipit: eloquij pars graue nomen habet.
Proq; ſuo Phœbo referunt præconia diuo:
Quaq; illi poſſunt parte placere, placent.
Has mecum ipſe ſuas laudes ſpectabat ab ara
Vidimus ipſius quum ſimulachra vehi.
Tecta per artificum munuſq; ſtipemq; petebat:
Cur rogo: ſic paſtor quum mihi ſanctus ait.
Iam fueram exceptus templo, ſolioq; ſedebam:
Non ſecus hic ſedeo quam modo in æde tibi.
Vectus vt ipſe fui: mea circum fertur imago
Aeraq; dant artes, dux quibus ipſa ſchola eſt,
Hæc ait, hi celebrant ſed cur conuiuia dixi:
Percipe dicenti quod petis ille refert.

Reges ſcholarũ ĩ Nicolai gratiam

Epulæ regũ ĩ ſcholis publ.

F orte pater natum muſis ſacro ordine noſtris
Obtulerat: fidei tradideratq; meæ.
O buius in triuio Stygius puero obſtitit hoſtis:
Atq; necat: poſcor, vixit vt ante patri.
F ama fit: accedunt ſocij, gaudentq;: adeuntes
Excepit genitor, continuitq; dape.
F acta manēt: dederit quāuis mea regia menſam:
Hæc dapibus veniat debita cauſa ſuis.
C arceris ante fores dixi, cur traditur ara?
Num ſchola quod pueris carceris inſtar erat?
A nnuit, atq; inquit, noſtra eſt quoq; cura reorum:
Tres ego nam pueros carcere & enſe leuo.
A dde huc procumbit tibi cur mercator ad aram?
Nautaq;, vel mercis qui ſibi nomen habet?
H uic Cererem dixit, medijs in fluctibus auxi:
Vitauitq; maris me faciente minas.
C aſtoris & fratris quos ignes ante putabant
Alterius quāuis numinis eſſe velint.
N auta meos credit, pelagi exoriente procella:
Atq; illos ſupplex dum furit vnda rogat.
N ominat & medijs pariter me fluctibus idem:
Thuſq; focis hinc dat nunc pius ille meis.
Mercatorū mercium fe. N omina cui mercis, ſociam mihi præbuit aram:
Aequore quod tueor, quas tibi vendit opes.
D ixit, & in ſolio ceu nunc eſt manſit in æde:
Perq; ſcholas ſtrepitus, grādeq; murmur erat.
A tq; vagus tota rex clamabatur in vrbe:
Viſq; erat in medijs hoc veniente vijs.
V no tres in equo ridebat turba ſedentes:
Vnde ſibi ſimilis nomina ludus habet.

R eſtat vt ingenium, atq; optatas præbeat artes:
Hunc puer, & docta eſt ſiqua puella roget.
S ed vos præcipue hunc plagoſi orate magiſtri,
Aucta det vt lucrum veſtra corona nouum.
¶ Tunc etiam pueris, ratio licet altera panis:
Limen ad Euſtachij ſportula parua datur.
¶ Poſtera vbi è cælo tollet Pallantias ignes:
Syderaq; expellet mane reuecta dies.
Q uiſquis es Ambroſio gratare: Inſubria nanq;
Sponte pedum patri pontificale dedit.
S cilicet innumeris vt laudibus ille pateret:
Inter mortales hoc quoq; dignus erat.
E rgo ſit ante focum: modo qui ludebat in vmbra
Annoſum ſaliens reſtituatq; merum.
E t modo flaminij, via quam ſaltare videbat:
Fœmina per medios ludat inepta lares.
F rigoraq; in madidis depellat læta tabernis:
Ne terat errantes cana pruina pedes.
I nterea ſuccis cui dulcibus ora repleuit:
Floreq; ſermones dædala pinxit apis.
V ere mihi ambroſia ſparſiſti pectora quando:
Melle quoq; hic ſpargas carmina noſtra tuo.
¶ Hæc ego dicebam: nomen votumq; merebam:
Atq; preces vanas non tulit eſſe meas.
Q uum ſimul inſpicio quæ diuum feſta ſequantur:
Et concepta poli ſemine mater erat.
T empla requirebam: tacituſq; arcana putabam:
Laurenti ingentes contigeramq; lares.
E cce foro: atq; aræ pendentem è poſte tabellam
Inſpicio: accedo: ſcriptaq; verba lego.

Panis in s. Euſta. datur.

Ambro. ſecundũ feſtum.

Feſtum concept.

De quibus diſputari non deberet.

Verba tabellæ quã ĩdulgẽtiã dicunt.

Illa fuere, hodie populo reſeratur imago
Conceptæ, atq; octo lucibus æde patet.
Cras veniet cœtus ſociorum limen ad aræ:
Doſq; datur, ducet per fora pompa preces.
Ingredior: ſolium ſubeuntibus illa patebat:
Procumbo, tactæ ſubijcioq; caput.

Imago fertur nuptarum pompa.

Altera iam ſtellas Hyperionis alma fugarat:
Reſtituor: celſam pompa erat ante domum.
Vecta ſuper comitum mater ceruice ſedebat:
Ad ſacra velatis per fora terna vijs.
Virgoq; virginibus gaudebat: nuptaq; nuptis:
Cantabantq; tubis carmina miſta chori.

Heliſino abbati in tẽpeſtate mandatũ fuit vt hoc feſtũ ſtatueret

Agmen pone aderat, matreſq;, viriq;, colentes
Vecta noto templis, iuſſaq; feſta deæ.
Nam cum forte dies non hæc ſibi ferret honores
Eſſet & vnda rati ſæua Heliſine tuæ.
Aequore iactato, & te pene prementibus vndis,
Iſta viri eſt facies viſa verenda loqui.
Vt cadat ira maris, nec te premat imbre procella
Fac de concepta virgine feſta colas.
Annuit his dictis, poſuerunt æquora fluctus
Sacraq; fit lux hæc: virgoq; feſta tulit.

Sacrũ in æde populi calix donatur.

Dicta q̃d hæc eadẽ populi quoq; maxima mater:
Accipit hac huius munera certa die.
Fertur enim ſumma Capitoli pictus ab arce
Fronde coronatus, perſpicuuſq; calix.
Cauſa quod ante nucem iacuerunt oſſa Neronis:
Portaq; erat media prodigioſa via.
Sacra ferunt patres: cædi per ſomnia mandat
Hanc dea: pontificis cæditur illa manu.

Damna leuat factum: qua nux eſt ponitur ara:
Accipit & populi nomina virgo ſui.
Quæq; eſt flaminij, quæ flumentana priorum:
Porta modo atq; via eſt illius ipſa nota.
Ergo illi gratus populus dat dona quotannis:
Proſpera ſit rebus ſuppliciterq; rogat.
Alma parens quare matres, vrbemq; tuere:
Patribus & præſta mœnia tuta tuis.
¶ Tempus item poſcit Iouis hoc, & Cæſaris ales:
Curq; ſibi poſcat magnus vterq; facit.

Aquila mane a roſtro oritur.

Vltus erat noſtro defixum in numine ferrum:
Et quæ nunc gemina eſt Cæſar habebat auem.
Viſus erat ſpreto Ioue noſtrum numen amare:
Et capere arma deo pro meliore manu.
Quũ deus hæc patri, poſt victa opprobria mortis,
Creditus eſt placido verba tuliſſe ſono.
Summe parens letho qui me cupiente dederunt:
Supplicium merito triſte dediſſe vides.
Author & hoc Cæſar ſed te ſuadente, tibiq;
Non minus hæc virtus quam mihi grata fuit.
Huic aquila eſt ſignum, iacet ipſe ad fana meorũ:
Par quoq; ſit volucrem munus habere ſuum.
Dixerat & nati magno cõmotus amore
Non ſecus in multis quã quoq; ſæpe fuit.
Fecit auem ſydus genitor templiq; minores
Arce locant: factum Cæſaris vnde docet.
¶ Quarta dies oritur: Damaſus ſua tẽpla recludit
Hic vbi celſa ſuo nomine tecta tenet.

Damaſo potus cõtra febrẽ

Pieridum vt taceam ſtudijs quod doctus adhæſit:
Magnaq; facundæ fama putatur aquæ.

S oluat anhelanti defecta vt corpora morbo
Pocula dat plebi ſumit & æger opem.

Autũni finis. ¶ V ltima pomoſus autumnus tempora ponet:
Altera quum Oceano lucida ſurget Eos.

¶ Nox vbi decedet: ſuccedet lucifer illi:

Alcionides dies. Per freta trãquillas æquor habebit aquas.

A tq; ſuo Alcedo ſignabit nomine tempus,
Donec erunt plumis oua fouenda ſuis.

Sólſtitiũ hyemale ¶ Tunc quoq; cana caput, glacieq; impexa capillos,
Tempus hyems terris ſolſtitiale dabit.

Sol in capricorno ¶ Lucifero hoc etiam de ſole ſagittifer exit:
Pan in ſydus. Excipit ætherios et Capricornus equos.

I am deus ortus erat: Pan nos & tuta petamus
Inquit, aditq; fuga te bone Nile ſua.

N ec minus Aegyptum petit ingens ſortibus infans:
Aſpicit: atq; timet, hoſteq; poſcor ait.

N iliq; intrat aquam, & nymphæ ſuccurrite dicit:
Q uid miſer in clamas: quum pia mater ait.

P ube tenus fluuio ſe merſerat: ora reducens
Eſt quia ait maior me tuus alma parens.

F aſſus erat numen: placuit patri: indeq; cœlo
Octo huic biſq; decem ſydera clara dedit.

Q uæ q; fuit terris, faciem formauit in aſtris:
Atq; ibi ſumma capri, cætera piſcis habet.

Dies incipiunt creſcere. ¶ Poſtera brumales, lux candida terminat idus:
Senſim & ſole redit, noxq; ſubarctat iter.

Luciæ vir. puellarũ ſe. ¶ Lucia formoſas in eadem luce puellas
Optat, ab his oculos & petit, atq; faces.

N ãq; illi teneris pars corpore prima puellis:
Repperit his generum filia ſæpe patri.

Hoſq;

Hoſq́; ferunt: an quod fert Lucia nomina lucis?
Illaq́; nil aliud quam via lucis erat?
Lucis egent oculi: luces plebs nuncupat illos:
Viſa nec à vero eſt cauſa aliena ſuo.
An ſit eram in dubio, quærebam & vera: nec illæ
Vnde rogem poteram certior eſſe mihi.
Vertor, diuæ aræ ſtabant ad limina cæci:
Vnus ab his ſumpta quum ſtipe forte canit.
¶ Lucia trinacrias inter pulcherrima Nymphas:
Cui par forma quidem nobilitaſq́; fuit.
Nupta deo magnæ cereri dare thura negabat:
Fit rea, & ante trucis iudicis ora venit.
Vt videt hanc: vincor iudex à virgine clamat:
Carpitur: & tacito victus amore furit.
Corporeq́; è toto feriebant pectus ocelli:
Quid faceret? curuam mane vocauit anum.
Atq́; huic vror ait, cauſa eſt ſed Lucia flammæ:
Carcere ego hanc: oculis me tenet ipſa ſuis.
Detinet, & miſerum tantum me ſauciat illis:
Hei mihi, quam ex vero Lucia nomen habet.
Effice vt hæc mea ſit, cur det cum ſanguine pœnas?
Salua ſit, vna ſalus vita duobus erit.
Riſit anus primum: mox callida deſine dixit:
Hactenus: & poſtes carceris inde petit.
Ante adit hanc precibus, poſt triſtia voce minatur:
Victa nec eſt precibus, victa nec illa minis.
Audit vt eſſe oculos cauſam, rapit ipſa nocentes:
Hos illi et, quos vult, i refer inquit anus.
Accipit illa oculos, & fert hos munus amanti:
In manu adhuc illos aurea pixis habet.

Luciæ oculi dãtur quos lucillæ deus reſtituit.

C æca erat, è cœlo referuntur lumina nocte,
Ex ara vnde oculis præſidet illa ſuis.
D ixerat, æra dedi, viſus quia vera referre:
Cœperat, atq; alijs ſæpe canebat idem.
Nautarũ tutela Lucia dicta eſt. S tabat ad hæc medio collecta ex agmine turba,
Q uum ſic inde mihi nauita iunctus ait.
S unt ſunt iſta parum: nec tantum lumina ſeruet:
Diua quoq; in portu candida munus habet.
H oſtia ſunt: Tybris dixerunt atria priſci,
Aura hic & felix Lucia templa tenent.
P erq; vndas vento puppim regit Aura ſecundo:
Luciaq; vt cœlum luceat ipſa facit.
D ixit: & artifici coniuncto exponitis inquit:
Vos quoq; cur merces? factaq; nomen habent?
I lle ad opus dixit, quis neſcit? lucis egemus:
Hancq; ferunt oculi: præueniuntq; manus.
A ttrahit emptores ad mercem diua videndo:
Inde via in media quiſq; recludit opes.
S eu fore quod pateat votis emptoris aperta:
Panditur ad poſtes ſiue quod illa ſuos.
Spaſa, à vulgo dicitur merx pro paſſa. M erce ibi pro paſſa ſpaſam nos turba vocamus:
Tertiaq; in culpa eſt littera mota loco.
P ræterea luce hac natali grata propinquo,
Strena Syracoſium de trabe nectit opus.
Q uiq; emit, vt moneat: tinnit lanæ aureus orbis:
Sub quo ærariolum faucibus æra bibit.
H actenus: & nobis facies hinc noſcitur anni,
Miſtus in hac turba durus arator ait.
Prognoſtica mẽſiũ, & an. N anq; dies bis ſex ſuperant natalis ad aram:
Singulus & vultum lumine menſis habet.

L ucidus vtq; dies, ſic menſis lucidus ibit:
Q uæq; dat his luces, Lucia ſigna refert.
T alia dicenti puer illius ibat ab ara,
Atq; facem, atq; oculos, ſæpe vocabat emas.
A gricola bos emit egerunt quiſq; quod ille:
Donaq; conijciunt virginis ante pedes.
C autus idem feci, dixiq; hos candida fictos
Accipe diua oculos, & tueare meos.
S ed tot erant illi, quot puro ſydera cœlo:
Vincebatq; oculos lucibus Arge tuos.
¶ Tempore & hoc rediens ſenſi præſepe parari:
Hic vbi veſtales iuncta Minerua videt: Præſepe paratur
¶ Lux ſua Mercurio eſt, et quatuor imperat horas: quatuor
Nos pia naſcenti purget vt ara deo. tēpora.
Q uā bene procedunt faſtis ſua tēpora noſtris
Q uāq; tenet ventos noſtra carina ſuos.
¶ Aram, quod ſequitur tempus: cœlo edet ab alto: Ara ex-
Vt quæ naſcetur victima vera litet. oritur
T empus erat partus: quum ſic deus ecce Sybilla quæ cœli
Ecce deus dixit, numine plena dei. dicitur.
I nde manum tollens ad euntis lumina ſolis:
Torua ferit terram, ſpectat & ora ducis.
C erneq; ait natum quæ in ſole amplexa coruſcat:
Illa parens virgo eſt, filius ille deus.
I s multo maior te Cæſar cuncta tenebit:
Dixerat, obſtupuit protinus ille ſono.
I ndeq; ſe ad matrē conuertit, ſolis & orbem: Ara cœli
Et legit: hæc cœli dicitur ara mei. deputata
T hura parat ſupplex, viſumq; his numen adorat: ad prīci-
Ante ſed in propria ponitur ara domo. piū nouis
magiſtra-
tibus.

A ſtra deus tulerat, ſolioq; ad ſceptra paterno
Sederat, & maius hoc erat orbe nihil.
P riſca giganteo, quum ſic ait, ara labore
Creuerat, hæc creuit ſanguinis imbre mei.
E rgo polum ſubeat, ſic quum Capitolia linquit:
Q uatuor & ſtellis ara recepta polo eſt.
Q uæq; tulit cœlo ſeruauit nomina terris:
Alta decenſq; iuit alta decenſq; manet.
P erq; annum faſces Romanos proſpera reddit:
Aptaq; principijs omina ſemper habet.

Delphi. cauda ex oritur.

¶ Hac & nauta die ſi ſpectat ſydera, Delphin
Protinus à cauda mane videndus erit.
A ltera cauſa manet, nec primæ diſſona, ſigni:
Q uam dedit à Padua qui ſibi nomen habet.
V oce ſua doctus Delphinas traxit Arion:
Mulcet dum nautas per mare voce lyræ.
H ic quoq; cum toto iam carmine notus in orbe
Eſſet: & aſpiceret pectora iniqua ſacris.
A d ſacra non fidas quo vertat carmine gentes:
Adriacum ad littus concinit ore deum.
V oceq; cœleſti Delphinas ab æquore traxit:
Gens quibus inſpectis vera ait ipſe canis.
T unc Delphina deus, tetigit qui littora primus:
Tollit, biſq; polo ſydera quinq; facit.

Lazaro & infe- rorũ rõ.

¶ Q uarta dies Stygio te Lazare reddit ab orbe:
Non poterat tumulis aptior eſſe tuis.
N ox erat, & manes multi vix eſſe putabant:
Lazare ades dixi, veraq; ſancte mone.
F inieram: coram velut oſſea venit imago:
Triſtis odor, timido conſtiterantq; comæ.

Tunc leuis horrendo ſenſim commota fragore
Murmure in exiguo talia viſa loqui.
Non ſunt, pone metum, nō ſunt nunc fabula manes,
Nempe ſuus ſequitur triſtia fata timor.
Nec locus eſt idem, nec pœna bis cernitur vna:
Proq; ſuo merito præmia quiſq; capit.
Iuſq;, magiſtratūq;, timent, legeſq; loquentis:
Non ſecus ad ſuperos quā timuere prius.
Hinc vbi narrauit confuſa voce labores
Quos tulit, atq; auidi diuitis acta ſui.
Vtq; etiam ex vndis Stygijs reuocatus in auras
De tumulo ad vocem ſuſtulit ora ſuo.
Multaq; præterea poſt hæc vt ſponte locutus
De Stephani leto, Maſſiliæq; pedo.
Styx ait vt cepit: non ianitor ære mouetur: Locus inferni.
Stantq; adamanteis limina ſurda ſeris.
Hic domus eſt ſceleris, vexant tormenta nocentes:
Hei mihi, quam durus manibus ille locus.
Sellam habet & iudex, circūſtant ordine lecti:
Flebilis & ſupplex vmbra tribunal adit.
Ad mala ſollicitis nigra ſortibus vrna mouetur:
Et pila iudicium triſte ſoluta facit.
Eſt canis & tortor, ſoror eſt non vna flagello
Sæuaq; Titanum cū Phlegethonte manus,
Aulam animæ gemitu vacuā, et plangoribus implēt:
Multaq; verberibus miſta catena ſonat.
Iſte gemit ſaxo: fugienti ille aret in unda
Pendet is à radijs hic laniatur aue.
Mille mali facies, pœnarum mille dolores,
Vtq; rei, inſontes debita iura ferunt.

Locus purgato.
Nō procul hinc animas purgāt ſublimia, quæ ſpem
Luminis ad cœlum liberioris habent.
Pœna quidem leuior: leuior quia noxa: ſed illam
Eſt quoq; qui nollet ſuſtinuiſſe ſibi.
Locus paradiſi.
Summa coronatos attollunt atria diuos:
Parſq; ſub Elyſio gramina colle tenet.
Parſq; ſuo Eridono cincta eſt ſanctoq; vireto
Perq; recens pratum valle nitente iacet.
Hic vel ſerta legunt, vel læti carmina cantant,
Aut pedibus plaudunt lata per arua choros.
Sole ſuo regio hæc, atq; æthere gaudet aperto:
Cumq; deo heroas numina noſtra tenet.
Hincq; tibi reddor, ſit gratia magna ſorori
Sitq; deo, ſub quo bis mihi vita fuit.
Dixerat, & manes ſe viuere teſte probarat:
Vt poteram pauidus quum tamen iſta loquor.
An mala res mors eſt? nam te riſiſſe loquuntur
Nunquam, de ſtygio lætus vt orbe redis.
Mors nō mala eſt
Nō mala mors inquit, requies nāq; illa malorū eſt:
Quæ venit ex illa pœna, dolenda venit.
Riſus ab ore fugit, non quod me triſtia vexent:
Sed quoniam rurſus mox moriturus eram.
Finierat, dixi ſquallet cur vlcere corpus:
In tumulo hac facie num ne cadauer erat?
Morbus Lazari vnde eſt ortus.
Annuit, atq; inquit, ſopitus forte iacebam
A'q; deo lenis mors mihi ſomnus erat.
Quum vox ecce ſonat, fierem quo gloria nato:
Atq; veni, exclamat Lazare amice foras.
Lazare amice foras venias dicebat, ab vmbris
Ibam, quum exurgens quo ruis Orcus ait?

Non impune feres, & pus ſpuit: iuit in vlcus:
Non ſecus Antoni quam ſtygis ignis abit.
Sunt tibi templa procul, cuſtos ſtipis æra tabellis
Poſtulat, hæc dixi, quum lacer ille refert.
Tabida ſuſcepti mea ſunt contagia morbi:
Hinc procul à populo tradita templa vides.

Ara & hoſpitale ſemotū, a populo

Sæpe quod abrodunt miſeris os vlcera totum:
Abroſum & vitio ſordis inerme ſonat.
Nexa tabella illis pro labris bina mouetur:
Quaſſaq; pro lingua tertia poſcit opem.
Mane erat, inſtabam, ſonuerunt oſſa per auras:
Vertor, ab alloquio fugerat ille meo.
¶ Ipſa licet tendat cras tela ſagittifer arcu:
Oceani ſeras fronte ſubibit aquas.
¶ Mater ab eoo quum Memnonis orbe redibit:
Cedet auis cœlo, quæ gerit arma Ioui.

Frons ſagittarii veſp. oc. Aquila occ. vigi. Thomæ

¶ Tertia lux Thomæ eſt, vigilat media ante ſed illi
Ruſticus & pinguem quærit ad exta ſuem.
An ſibi quod cæſa ſue Saturnalia priſci
Pinguia reddebant? mos vetus optat idem?
Et tamen acceptus genio fuit ante December:
Huicq; ſacer ſus eſt, cauſaq; pene patet.

Tho. ap. feſtum.

Cum ſue conuictu brumalia tempora agreſtis
Turba celebrabat, factaq; ferre poteſt.
Nupta ſed ipſa nouo tunc quum deducta marito eſt,
Quod fit adhuc, toſtam ponit in ora ſuem.
Author & Aeneas, Thomæ conuiua ſedebat
Nupta tibi, hic ritus forſitan inde venit.
Magna quoq; antiqui ſue cæſa feſta colebant:
Qualem natalis credimus eſſe diem.

Porcus cæditur.

axungia ſeruatur S int ea cuncta licet, vero eſt hæc cauſa propinqua:
Sus cadit, & multis vſibus apta venit.
S iue quod è ſucco herbarum medicina paratur.
Seu noua quod quondam hac limina nupta linit.
P ars ea ſeruatur herbis quæ creſcit, & vngit:
(Vnde vxor) quod opem qua medeatur habet.
C ætera ſolēni verubus defixa ſalignis
Nocte igni torrent, feſtaq; magna colunt.

Thomæ feſto tantū fœminæ ſacellū intrāt

¶ Lux eſt, & toto à qua fœmina pellitur anno:
Hac ſemel ante arcam tranſit in æde die.
S cilicet exceptus Thomas conuiua puellæ
Creditur hoc nuribus ipſe dediſſe ſuis.
T acta ſed ecce ſonat duodeni menſa Senatus
Pane puellarum, ſubteriturq; prece.

Sportula in æde quæ captiuorū erat datur.

¶ Nautaq; conuiuæ quo ſit memor ipſe magiſtri,
Dat Cererem, captis qua fuit ara viris.

Iugulæ Orio. veſpe. ori.

¶ E cœlo iugulæ tibi cras panduntur Orion:
Tempus & his agnus quum petit vber erit.
¶ Q uū tot erunt luces, parcarum nomina quot ſunt:
Debita nox duris vltima rebus erit.

Vigi. nati. dñi.

T ota ſit vt fœlix: eademq; vt proſpera tota:
Linguis atq; animis fœmina virq; faue.

Res raro viſæ exhibentur.

C ernite cœleſti panduntur vt omnia nato:
Reſq; ſibi vt raras angulus omnis habet.
N on eſt autumnus, ſunt & ſuper arbore poma:
Pendet & ex vlmis vitibus vua ſuis.

Imagunculæ ex dulci factæ.

M elle placent Tigres, blandi ſunt melle Leones:
Dulcis & ore anguis, denteq; mitis aper.
C um canibus riui veniunt ad pocula cerui:
Iunctaq; montanum non timet agna lupum.

Mille

M ille operum facies, pax eſt, ſunt mille colores:
Neſcio quid blande pectora noſtra tenet.
I amq; viæ & ſanctæ velantur frondibus aræ:
Atq; ſacri è ſummis turribus æra monent.
A lta frequentantur celebri Capitolia pompa:
Et Vaticano uiſitur aula iugo.
S igna dedit, nox eſt, ſolitos ſibi ſacra requirit
Bruma ſales, menſæ tectaq; culta iuuant.
I ntonuit moles, proprijs decet ædibus eſſe:
Cumq; ſuis toto gaudia ferre ſinu.
N aſcitur igne deus, componitur ignibus ilex:
Compoſitoq; ardent grandia ligna foco.
V iſimur alterne, ſuntq; ipſi in honore propinqui:
Perq; domos currunt munera, perq; vias.
P rincipio, iam fas, ieiunia ſoluere noctis:
Sumereq; incisos more iubente fauos:
D ulcia guſtamus, guſtatis poſcimus æra:
Ducere & his ludo tempora nocte iuuat.
E t iuuat ante ignem poſitis conſydere ſcamnis:
Riteq; præſentem credere adeſſe deum.
I nq; vicem ſanctos formari rebus in vſus:
Diſcereq; arcanos atq; docere ſonos.
E cce coronati ſed ſe ad præſepia ſiſtunt,
Iam bos iam placidas inter aſellus oues.
N ubila diſcedunt: ponunt & flamina uenti:
Sacra petat, ludis abſtineatq; manus.
N aſcitur ecce deus, vocat æs, terna incipit ara:
In templo uigilet fœmina, uirq;, ſuo.
I am mora ne noceat, ne pellat frigus ab ara:
Qua media eſt flammis ignis in æde micat.

Templa ad ſacrũ futurum exornãtur.

Gaudia publica Strenæ parantur

Orationes ſanctæ hac nocte ediſcuntur.

Quiſq; in ſuo tẽplo quod parochiã dicũt, audit ſacrũ

TT

V ellem ego Mœoniū iam nunc mihi pectus: et ora
Illius in latium quo duce Troia venit.
P auperis ingenij naſcentem dicere Chriſtum
Non eſt, certe humeros debilitabit onus.
Q uare ne damno mea parua immanibus actis
Muſa ſit: ingenio vim ferat ille meo.
E rgo deo fierent hic vt naſcente calendæ:
Orta ſub Auguſto tempora pacis erant.
I re ſuum Cæſar ſub iura coegerat orbem:
Q uum patriæ iuſſus tecta Ioſephus adit.
T ota domus ſequitur, fuit hæc tauruſq;, aſinuſq;,
Virgoq; cui partus iam prope tempus erat.
C ontigerant Bethelem, complebant mœnia gentes:
Tectaq; nulla aderant: cui domus orbis erat.
D e ſtipula ante vident canniſq; paluſtribus antrū
Stare caſam, paries vimine factus erat.
S tat præſepe, aſinus ſubit hoc, et taurus, at illis
Non pudor in ſtipula procubuiſſe fuit.
O mnia per terras mulcebat corpora ſomnus:
Altaq; iam medium luna tenebat iter.
Q uū ſubito ſanctū reſplenduit ignibus antrum:
Credite poſteritas, virgine natus erat.
V irgine natus erat deus, & mortalis, at ipſa
Impatiens ſtabat mater vt ante viri.
V idit, & obſtupuit cœlū, terra, æquor, & aer:
Virginem adhuc matrem ſic peperiſſe deum.
Q uid facerent: res eſt, patuere oracula vatum:
Tardaq; quæ viſa eſt, venerat ipſa fides.
C redere ne dubitent: delubrum ſudat oliuo:
Solq; triplex oritur, templaq; priſca cadunt.

Quo tē pore & q̄uo Chriſtus natus.

Obſtupuit natura pariēte virgi.

G ramina dat campus, producit vinea flores:
Herbis verq; redit, blandaq; bruma iuuat.
E xoritur ſydus, nati timuere Cybelles
Vox erat ecce gigas: delituere metu.
Q uodq; licet taurus ſit Iuppiter, ales Apollo:
Cynthia fele latet, piſceq; tecta Venus.
N eptunus Delphina ſubit, Cyllenius Ibin:
Fit Saturnus equus, Bacchus & vua fuit.
E ſt ſua auis Pallas, Iuno pauone ſub ipſo eſt:
Itq; ad Perſephonen non reditura Ceres.
T u quoq;, ni fallor, timuiſti Cæſar euntem:
Illum quum oſtendit caſta Sybilla tibi.
Q uod vix ipſe putas, illa monſtrante videbas
Atq; puer, non tu, iam pater orbis erat.
I lle deus terris te dignior ille vocari,
Dux hominum cum ſit, cum pater ipſe deum.
S emine nam humano natus tua ſceptra tuliſti:
Regnat ab æterno natus is orbe patre.
I pſe colis faſtus, pietatem Chriſtus amauit:
Tuq; probas, falſos deſtruit ille deos.
I n populos geris arma ferox, cruce militat ille:
Tu ferro gentes, vocibus ille domat.
T empla facis, facit ille ſuis ſed numina templis,
Tu lege, hic pura crimina tollit aqua.
V ltus es infeſtum tibi qui patrem enecat hoſtem:
Hic veniam qui ipſi fata dedere, dedit.
R oma timet, poſt te qui ſucceſſere, tyrannos:
Poſt hunc ſunt ſancti quos colit illa patres.
N atus erat ſub te, foret vt te numine maior:
Faſſus & hoc illi es, quum tua thura dabas.

Miracula, quæ Christo naſcente fuerunt de fuga deorum veterum

Chriſtus natus ab Auguſto Cæſare adoratus

Probat Chriſtũ meliorẽ Auguſto fuiſſe.

Diuos futuros poſt chriſtū i ſpū ſalutat.

Di ſaluete igitur, terris noua ſacra daturi:
Tuq; tui alterius Roma futura Iouis.
Sub meliore tibi ſunt ſacra, aræq; Tonante,
Matris io æternus ſtat puer ante pedes.
Salue magne infans, quo ferrea deſinit ætas:
Ex vero & virgo quo veniente redit.
Te; naſcente tuus feret aurea ſæcula mundus:
His & ab integro menſis & annus erit.

Vatū dicta de Chriſto verifica.

Prædictuſq; tuis, iam tu regnabis Apollo:
Aeui tuq; decus, tu decus orbis eris.
Te duce nulla aderunt veteris veſtigia culpæ:
Gente & pacata iura paterna dabis.
Terra tibi nullo referet ſua munera cultu:
Cumq; mero fruges ad noua ſacra dabit.
Heroas diuis miſtos, matremq; videbis:
In ſummo à q; illis vertice viſus eris.
Qui nocuit Serpens, arborq; imbuta veneno
Occidet, & partæ ligna ſalutis erunt.

Myſtica de s. Pe. nauta.

Quæ patris & tua ſit virtus noſcetur, at à te
Claue ratem Typhis qui regat alter erit.
Alter & heroum numerus, fidei altera bella:
Vnde aderis terris, vndeq; victor aquis.
Aggredere, ò ſanctos venit iam tempus honores:
Ipſe deum ſoboles ipſe futurus eras.
Tu tu promiſſum es magni patris incrementum:
Aſpice iam quam te gaudeat omne latus.
Hæc ipſe; inq; ſolo ſtabat: qui torquet Olympum:
Fœnum, & pro ſtellis algaq; vilis erat.

Ioſephus & Ma. virgo natū adorāt

Quiq; fouet cunctos, tauruſq;, aſinuſq;, fouebant,
Atq; illi ſupplex cum ſene mater erat.

I ncipe, magne puer venerādā agnoſcere matrē:
Te peperit: menſa digna ſit illa tua.
I ncipe, & interea ſæcli melioris origo:
De ſuperis quando tu mihi natus homo es.
O re doce (ſi fas) cur huc deſcendis olympo:
Cunctaq; cum tua ſint, cur caſa tecta dedit.
H æc ego, quum radij circum micuere loquentē:
Et tulit ante oculos non puer ora meos.
E xtimui, dextraq; crucem mundumq; ſiniſtra
Ille tenens placidos hos dedit ore ſonos.
P one metum ò vates & noſtri conditor anni
Q uæq; petis tota iam tibi mente tene.
Q d̄ mea ſacra canis: veſtra qd̄ imagine naſcor:
Eſt mihi fas oculos ante venire tuos.
F œmina me pepulit: reuocauit fœmina terris:
Atq; via, vt ſoluam ſanguine crimen, erat.
N atus at Adamus noſtro ē quia pauper in horto:
Ille quod eſt primus, ipſe ſecundus eram.
C um ſint crimen opes, alijs exempla daturus
Sponte deus ſubij ſordida tecta caſæ.
D ixerat ille, mihi rediere in pectora vires:
Signifero rurſus quum loquor iſta deo.
H æc video: renouas ſed dic cur gentibus annum:
Cumq; nouo ſurgit cur quoq; pene vetus.
O mnia ſint inquit cum noſtris clara figuris:
V nde tuum per me iure mouetur opus.
I am dare me nato renouatum gentibus annum
Fas erat, & ſæclis ſubdere priſca nouis:
Q d̄ facere vt poſſem, vtq; hæc emēdare uiderer:
Q uod mihi conſilium patris ab arce fuit.

Introductio chriſti ad colloquiū

Paupertas, à deo approbata.

Renouatio anni à natali dn̄i.

Tempora, quæ impleui, paulum vt diſtare putetur:
Certa calendarum non ego iura ſequor.
Eſtq́ ideo extremo natalis tempore menſis
Octauo vt priſcis præferar ipſe die.
Annus & hic nouus eſt, uetus et mox, ſint velut vnus:
Vt noua præcedant: priſca ſequantur iter.

Sacramutata ſunt cætera penè manent.

Fit q́ nouus ritus: ſit vt illo victa vetuſtas:
Sacraq́ mutantur: cætera vt ante manent.

Iubileus

Subſequor: & ſanctæ pandunt ſua ſecula portæ
Iudæum & titulum quum venit annus habet.
Adde quod ipſa nouos patres creat ara: quod enſis,
Et pileus ſacer eſt, hactenus, ille refert.

Iubileus libertatē ſignifi.

Porta ego ab Abramo: duce me ſit nomen & annus:
Et libertatis tempora ſanctus habet.
Me naſcente, alio quāuis quoq́ tempore præſtent:
Ara creat patres, patribus ara fui.
Cæſaris imperium noſtrum eſt: eſt totus & orbis:
Iuraq́ do populis, iuſtitiamq́ colo.

De enſe & pileo & aliis quæ natali die fiunt.

Aureus hinc enſis, pileus munimen in hoſtes.
Monſtrat: & in gemmis alba columba ſuis.
Fitq́ in nocte ſacer noſtri natalis ad aram:
Principium rebus quod fuit inde meis.
Finierat: reſtet ne pars rerum vlla tuarum:
Sunt quoniam nobis temporis acta tui.
Dulcia cur petimus? pariter præbemus & æra?
An quoq́ vt in multis facta vetuſta probas?

Conſuetudines quæ ob lætitiam ea die fiunt.

Annuit: atq́ inquit, mihi ſignant dulcia Manna:
Quodq́ mihi reges æra dedere, datis.
Tibia dat cantus, pro cantu poſcit & æra
Ante fores patrum, tectaq́ magna ducum.

Tibia quum naſcor cecinit paſtoribus inquit:
Deq; meo cœlo carmen it inter oues.
Præſtat idem, nato gratetur vt apta parenti:
Quiq; mihi debent, poſtulat æra patres.
Præterea naſcor quia nuptæ, iungor & illi:
Munera pro facto tibia feſta petit.
Hinc, ea dum cantat: qui me comitantur ad illam:
Dant tria pro nupta tres ſua dona mihi
Primus enim ornauit connubia noſtra coronis
Alter ad hæc grata virginitate venit.
Tertia turba inſons pueri cecinere Hymenæum:
Cumq; meis ſuperis impediere choros.
Dixerat, & faſtis tria feſta redegerat idem, De feſto Ioã. euã. Stephani & Innocẽtum.
Quæ data natali præteriturus eram.
Tunc ego: iam didici poſcat cur tibia munus
Suntq; mihi cauſis cognita multa ſuis.
Adde precor, tãquã ne epulis hymenæa probemus?
Hæc ſibi lux ſemper carnibus vſa venit?
Sit licet hoc dixit, poſcunt ſolẽnia ritum:
Mater & in partu pinguibus vſa iacet:
Præterea carnes, quas me dum concipit illa
Abſtulerat multis lucibus, iſta refert.
Si ſcelus eſſe putant, quum vna duo luce dat vnus: Tres quas miſſas aiũt: ſacrorũ in natali augmẽtũ
Dat tibi in hac dixi cur tria liba die?
Mens, pater, & natus, quod nos tres dicimur vnus:
Vna ait: hac unus dat tria liba die.
Cur bis quarta inquam: tibi lux inſtaurat honores?
Quæq; modo attulimus, cogimur illa dare?
Gentibus hic naſcor, illic ego legibus inquit:
De quibus à patre eſt reddita cauſa meo.

A nnueram: at dixi: quoniam nox longa, nec ipſe
Inſtruar vt rebus forte grauare tuis.
T res mihi nunc reſtant tua poſt cunabula luces,
Et totidem: rebus nec tamen orta dies.
N e ſcindatur opus, mihi quod tu claudere debes:
Q uo tua coniungas oribus ora patris.
Q uem canimus menſem, lux vltima finit et annũ:
Illaq; Syluestri eſt, & mihi finit opus.
N ota tibi, faſces cur illa luce petuntur?
Natalis poterant quos dare feſta tui?
Q ui capiunt tres ſunt, nec habent hi nomen auorũ
Nec faſces, ſaltem hos Ianus vt ante daret.
S cilicet ipſe inquit: Sylueſter regna recepit
Q uum noſtra mundus Cæſar abiuit aqua.
C umq; nouo regno mutata eſt forma Senatus:
Curia quæq; fuit Cæſaris, illa mea eſt.
D iſtet & vt cultus, qui faſces ante duorum,
Nunc ego quod trinus: hos ſibi ternus habet.
A tq; quater ternis renouatur menſibus ordo:
Plena ſit vt numero Curia tota meo.
N omina ne ue obſtent priſcorum: ſeruo quod orbẽ:
Seruatoris ineſt his nota noſtra tribus.
Q uiq; fuere, manent bis ſex nunc ordine faſces:
Q ui meus eſt titulus, diſcipuliſq; meis.
H inc vbi lux illa eſt duodena bis haſta præibit:
Q uæ ſolet & patribus picta præire meis.
R itus at vt iam ſit noſtro emendatus auorum:
Q uæ Ianus priſcis, lux parat illa meis.
C æſaris ante pedes quos ipſe Senatus inibat:
Ante pedes faſces nunc init ille patris.

Cõtinuatio vt filius ſe iũgat patri

Cõſeruato. vñ dicti ſint.

In veſp. ſ. Sylue. iuratur.

Q uiq;

Q uiq; ſedet pro me: ceu ſit Syluester, honores
Diuidit, & cogit tangere iura manu.
L uceq; dehinc Iani, iuratus quiſq; ſubibit
Munus, & à nobis vim ſibi iuris habet.
V ltima at illa dies tibi viſa eſt forſan in anno:
Falleris, illa anno eſt ſeptima feſta meo.
A dde quod hæc ſpatijs fuerint ſi iuncta dierum:
Natali inuenies omnia facta meo.
R es tua ſed poſtquam: poſtquā tua forma Senatus:
Cur non & ciuis ipſe Senator erit?
S cilicet ille inquit: poſci vt videatur ab agris:
(Paſcebat placidas ante Senator oues.)
Q uæritur externus, ſunt hoc & nomine patres:
Vt ſacra Maieſtas ſeruet in vrbe decus.
H inc ſibi vt ex illa Capitoli ductus ab arce
Sceptra ferat, pompas ipſeq;, & enſis habet.
M agna quidem ſunt hæc: ſed ſi te parua mouebunt:
Carica cur illa nuxq; petenda die?
C arica poſcuntur nux & non parua putabis:
Omne quod hoc per me ceſſit ab orbe vetus.
I unge puer lecto pueri cur verbere ſurgit?
Verbera quiq; infert, mox timet illa pati?
V t puer à puero ſic truditur annus ab anno:
Segnitiemq; puer ponit, & annus: ait.
E t ſibi Syluester fertur frenaſſe draconem:
Hic vbi Ditis eques viuus adiuit aquas.
V era licet, dixit, ſint hæc, dant acta figuram:
Q uæ mihi, quæ votis non aliena tuis.
A nguis & annus enim ſimili ratione tenentur:
Orbibus itq; annus; recta nec anguis habet.

Senator nō pōt eē ciuis Roma.

Prouer. Syluest. fuſtis in lecto.

Frenatio draconis Sylueſt. mystica

A nguem forte prius frenauit: frenat & annum:
Viſus & officium eſt eſſe ſecutus idem.
V na dies menſem nam finit, finit & annum,
Non ſecus ac cœptum nunc tibi finit iter.

Chriſto nato Ianus triceps factus.

H actenus: & patri coniunxit colla ſequenti:
Ante biceps Ianus, nunc deus vnde triceps.
N unc deus vnde triceps, qui Iano auguſtior ipſo eſt:
Hæc ego natali quum fuit orta dies.
I pſeq; vt auſpicijs foret hinc felicibus annus:
Quiſq; loquebatur proſpera verba prece.

Anni noui alternæ preces ſunt

A ra frequens ſtabat, ter libabantur honores:
Grataq; erat, dum rem ter legit ara, mora.
P ars aderat ſacris, nectar pars inde petebat:
Ocia erant, ludis abſueratq; manus.
G emmeus aurato pileus renitebat ab enſe:
Ante patrem: turbis abſtuleratq; locum.
O menq; & dulcem quo quiſq; reſumeret annum:
Cum ſtipe erant poſito dulcia in orbe mero.

Cóſuetudines natalis vſq; ad Ianuarium.

F actaq; ducebant Iani clauſura calendas:
Ductus ab intonſis vt monet vſus auis.
E rgo dies ſalue rerum pulcherrima dixi:
Adq; tuos melior candidiorq; redi.
T uq; deus, cuius monitu ſulcauimus æquor:
Accipe, quod ſoluis trinus & vnus, opus.
V enimus ad portum: ſertum præbete carinæ:
Quæ iam feſta deo, ſacraq;, vexit aquis.
S anctum opus exactũ eſt: iam nõ ego fata timebo:
Vt veniant, aliqua parte ſuperſtes ero.

Poetæ præſagiũ de ſe & ope. ſuo.

N umina donec erunt, & euntia ſydera viuam.
Romaq; qua toto rem tenet orbe, legar.

FINIS.

¶ REGESTRVM OPERIS.

A B C D E F G H I K L M N O P Q
R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL
MM NN OO PP QQ RR SS TT.

¶ *Omnes ſunt Duerni, exceptis* TT. *qui ſunt Terni.* & F & H.

¶ *Excuſſum Romæ, apud.* M. *Antonium Bladum Aſulanum*
S. D. N. *Papæ, &* Cameræ *Apoſtolicæ*
Typographum. XV. *Caleñ. Iunij.*
M. D. XLVII.



359 8

R. C.
A. M.